HEROIDVM EPISTOLAE

P. Ouidij Nasonis,

Et Auli Sabini responsiones, cum Guidonis Morilloni Argumentis, ac Scholijs.

His accesserunt Ioannis Baptistæ Aegnatij obseruationes.

Omnia denuo fuerunt diligentissime correcta.

S. D. G.

VIRTVTE DVCE,



COMITE FORTVNA.

Venetiis, Apud Ioannem Gryphium.
M D X C I.

CLARISSIMO VIRO FRANCISCO CAMPOGIRAVLDO,

Merita sacratissimarum legum laurea decorato, musisq; politioribus ornatissimo, Guido Morillonus, cum omni obseruantia S. P. D.

VEteres illi, quorum auctoritate etiam sapientia ad hæc nostra vsque tempora prouecta est, Fancisce nobilium eruditissime, non minus doctè quàm eleganter treis Gratias (quas Greci χάριτες vocant) ita depingebant: vt vna earum veluti a nobis profecta auersam faciem teneret, reliquæ verò duæ nos aspicerent. Quo quidem exemplo monemur, accepti beneficij nunquam immemores esse debere: verum illud aliquo cum fœnore rependere. Ego itaque priscos æmulabundus, cùm attentiusculè mecum pensitarem, quantum in me tua benignitas contulisset, ne id in ingratum proiecisse videaris, exigua compensatione, vt saltem aliquo argumento animum nostrum tuis beneficijs penè obrutũ tantillũ leuare cõstitui. Idcirco cùm superioribus diebus à Dialecticorũ mæandris mentem relaxarem, sacrum illud musarum diuersorium repetens, in Heroidas illas Ouidianas fortè incidi dij boni quàm multiplici eruditione refertas, quam lepidissimis salibus concinnatas. Omne tulit punctum (vt inquit Flaccus) qui miscuit vtile dulci. Quod quidẽ aut nemo (vt puto) aut noster hic Naso est aßecut⁹: qui ita seria mellitis figmẽtis, figmẽta serijs miscet, vt satis

nescias plusne vtilitatis aut volup. pręse ferat. Quod cùm nonunquam egregiè fecerit, in epistolis pręsertim singularis quodam modo mihi fecisse videtur. Verùm enimuero seu temporum iniuria, seu (quod verius crediderim) librariorum incuria, tam multijugis mendis, tam monstrosis erroribus scatebant, vt nemo, quã tumuis mitis in ipso statim limine nõ stomacharetur. Quare me operæpretium facturũ existimabam, si illas nostras asteriscis, transuerso calamo, illinerem, atque vt emendatiores, examinatiores, libratioresque habe rentur, elaborarem. Et si onus supra vires, malebam tamen audentior videri, quàm mansuetioribus musis stupore, atque marcore squalentibus, pro nostra viri li operam non præstare. Quapropter curaui illas non tantum tersas emunctasque reddere, verum etiam nostris argumentis, crebrisque in marginibus annota tiunculis, nouitijs litterarum tyrunculis peruias redde re. Vt si quid nobis ob id deberent, tibi tanquam au ctori gratulabundo animo acceptum referrent. Accipe igitur vir circumspectissime, hasce quantascunque in ingenioli nostri primitias, quas tibi liberalissimo pa- trono dedico. Res est leuiuscula, nec inficior: verùm (vt Plinianis verbis vtar) & dijs lacte rustici, multæq; gentes suplicant: & mola tantùm salsa litant, qui non habent thura. Quidquid id sit, dij faxint, vt sit meæ erga te obseruantiæ pignus sempiternum. Vale præsidium & dulce decus meum, Guidonemque tuum in eorum numero adscribito, qui te colunt & venerantur.

Ethy.no-

Ethymologia huius vocabuli, Heros.

Quoniam Nasonis Epistolę Heroides inscribuntur nō alienum à proposito visum est huius verbi Heros etymologiam, siue significatum prælibare. Audiatur itaque diuus Augustinus copiosissimè docens, quid sint Heroes li. 10 de Ciuitate Dei, his verbis: Nomen Heroum à Iunone dicitur tractum quod, Græcè Iuno Hera appellatur; & ideo nescio quis filius eius secundum Grecorum fabulas Heros fuit nuncupatus: hoc videlicet mysticum significante fabula, quod aer Iunoni deputatur: vbi volunt Heroas cum Dæmonibus habitare, quo nomine appellant alicuius meriti animas defunctorum. Idem in 7. inter Lunæ gyrum nimborū ac ventorum cacumina aerias esse animas, sed eas animo, non oculis videri, & vocari Heroas, & Lares, & Genios. Trismegistus quoque auctor est, Heroas, habitare inter aeris purissimam partem supra nos & terram, vbi nullus est nebulis locus. Minimè prætereundum est id, quod Martianus Capella tradit in Nuptijs Philologiæ, Heroas videlicet ab Hera, quæ terra dicitur, esse nuncupatos. Hinc Heroides fœminę clariores, quales sunt Herou vxores & filiæ. Ex his igitur liquidò claret, quid sint Heroes, & vnde dicantur.

Poetę intentio, & quid frugis afferant Heroidum Epistolæ, nec non cui parti philosophiædebeant supponi.

Publius Ouidius Naso Sulmonensis, ingenij vbertate, verborum copia (teste Fabio) Latinos poetas

longè præcellens, hoc in artificiosissimo opere cum quodam diuino ingenij sui calore piæ & fidelis uxoris officium (ni fallor) ostēdere intendit, narrādo diuersos amoris affectus, vt illas, quæ castè, & quæ impudice, suos maritos amant, apertè noscamus. In alijs enim casti amoris pietatem extollit: in aliis uerò libidines, atque incontinentissimos amoris æstus subinde taxat. Itaq; (vt duas pro reliquis accipiamus) Penelopes castitatem ad imitationem, Phædræ uerò incestum amorem ad detestationem proponit. Propterea opus istud non immerito morali philosophiæ (quam Græci Ethicen uocant) supponi debet: quando quidem & mores hominum, & uitia docet. Nō enim aliud nobis ille amantium querimoniæ lamētationes, vltimæq; desperationes clamitant, quàm vt suis exemplis cautiores effecti, uetitos indecentesque amores diuitemus. Et profectò quamuis Ouidius in nullis aliis uoluminibus amoris affectus ardētius expresserit, quàm in epistolis: nulla tamen lubricitas, nullaq; lasciuia (si modo æquum sortiantur interpretem) inuenitur. Contextus autem humilis, atque facilis, ut pote elegiaco carmini peculiaris, nec propterea minus florentissimus. Nemo est enim usque adeo lāguidus usque adeo ieiunus, qui non aliquid deliciarum, atque argutiarum illinc hauriat. Nullus insuper tam frigidus præcordijs, cui non se offerant fecunda ad excogitandum adminicula. Denique non existimo aliquem tam ceruicosum, tamque durum, qui minima epistolarum perlecta, non statim concipiat similis conscribendæ copiosissimam farraginem. Quod planè percipiet, qui Heroidas uigilantiori studio coluerit.

IOAN-

IOANNIS BAPTISTAE AEGNATII VENETI IN HEROIDAS OVIDII, Sappho,& Ibin, Obseruationes.

EX PENELOPE.

Siue quis Antilochum, Ex Politiani Miscellaneis hoc expendito.

Hic lacer admissos. Quis non uidet, admissos æquos, Hectoris laceri legendum? cùm uox eà, admissos, celerē Ouidio, Valerio, & reliquis significet, magno eorum errore qui amissos legunt. Ouid. certè ipse in fastis. Et celer admissis labitur annus equis. Et item, Hanc quondam Cytherea diem properantius ire, Iussit, & admissos præcipitauit equos. Et in Phyllide, Et sacer admissas exigit Hebros aquas. Quin & Valerius de Fuluio: Admisso, inquit, equo, Theanum contendit. Quę uox inde uidetur esse ducta, quod adiunctis equis celerius iter conficimus.

Rettulit & ferro Rhæsumque, Dolonaque cæsos. Mirū est, cùm adeò pateant Heroides Ouidianæ. hactenus syllabam claudicantem in hoc uersu non animaduersam, cùm Dolo ubique primam corripiat.

Ausum eadem quæ nos Phrygia de gente Dolona.

Quare addenda fuit dictio, que, Hom.

ὀνδέ τις ἐν Τρώεσσι δόλων εὐμήδεος υἱός.

Quid tibi Pisandrum, Polybumque Medontaque dirum, Et hic etiam addenda copula fuit, cùm Medon & ipse corripiat primam.

EX PHILLIDE.

Toruusq; Procrustes. Non, Procrustes, ut ἀπὸ τοῦ προκρούειν, id est, impellendo ueniat.

Cressa relicta. Alij omnes, puella: Nos ex manuscriptis codicibus, Cressa relicta, emendauimus: in quo uerbo et grauius πάθος esse uidetur, et acrior Phyllidos accusatio.

EX BRISEIDE.

Bis sex assueti. Omnes alij codices, bis septem. Nos ex Homerica Rhapsodia, bis sex: in qua Phœnix sic Achillem alloquitur:

αἴθωνας δὲ λέβητας ἐείκοσι, δώδεκα δ' ἵππους.
πηγοὺς, ἀθλοφόρους, οἳ ἀέθλια ποσσὶν ἄροντο.

Inter Achaidas longè pulcherima matres.

Mirum uideri potest, uersum hunc, cùm tamen hactenus claudicarit, non esse etiam ab his, qui doctißimos se se putant, animaduersum, cùm hactenus aut corruptè legerint, aut corruptius emendarint. Nos, Achaia das, non refragante Græcorum ueterum forma & usu, quadrante etiam syllaba emendamus nec nescio ab Achæa ἀχαιὶς deduci. Quod uel ipse Hom. Rhapsodia probet.

Τῶ πέπονες κακ' ἐλέγχε' ἀχαιιάδες οὐκ ἔτ' ἀχαιοὶ

qui tamen uersus admonere negligentißimum quenque poterat, carmen Ouidianum non ita legi posse. Quare syllaba non repugnante; Achaiada leges, ut apud Theocritum emendatis codicibus in Helenæ Epithalamio.

ἢ δὲ ἀχαιιάδων γαῖαν πατεῖ, οὐδ' ἐμὶ ἄλλα.

Callimachus in Delon,

ἀλλ' ὅτ' ἀχαιιάδες μέν ἀκηρύκτως ἄν το πόληες.

Sed

Sed de hac nominum forma in Sapphus epistola plura, cùm de lapsu eorum, qui non minus docti, quàm diligentes videri volunt, agetur.

EX PHAEDRA.

Eleleides actæ Omnes ad hanc diem Eleides, in quo nescias vtrum magis accuses negligentiam hominum, an inscitiam, an potius vtrunque. quis enim non videat versum, si Eleides leges, subsultare? Iam Bacchi nomen Eleleus, non Eleus erat: quòd Ouidij auctoritas Metamorphoseos sexto probet;

Nyctileus Eleleusque parens.

Quod nomen Apollinis etiam esse Macrobius prodidit, dictumq; illud ἀπὸ τοῦ ἐλίττεσθαι περὶ τὴν γῆν, quod æter no. s. meatu circa terram volui videatur Euripides.

ἥλιος θοαῖς ἵπποισιν ἐλίσσων σθένος πολλοῦ πυρός.

Nec vera minus Empedocles de illo,

ἠοῦ ἑλισθεὶς μέγαν οὐρανὸν ἀμφιπολεύει.

Siue igitur à volutione huiuscemodi, siue ab Elele bacchantium voce, (nam etiam à sonis Bacchum dixere et Bromium, & Iacchum) siue & ipse, qui & Apollo sit, à ratione illa perpetua dictus Eleleus est: vnde Eleleides quoq; factæ sunt, vt aliter versus legi nequaquam possit.

EX OENONE.

Depressa est humili cana pruina casa. Sunt qui defensa legunt, qua ratione dixit Virg. defendere teneras myrtos à frigore & defendere frigus tectis, vt Gellius etiam ex Quadrigarij Annalibus obseruauit.

Ad fontem Xanthi versa reccurret aqua. Iam illud prouerbium Græcis vsurpatum frequens innuit, dubio

procul,

pocul, quod illi ἄνω ποταμῶν. Ex Euripidis iambico in Medea sic enim chorus.

ἄνω ποταμῶν χωροῦσι παγαί

Vnde etiam Horatius. Qui neget arduis Pronos relabi poßes riuos montibus, & Tyberim reuerti? Cicero quoque in epistolis ad Atticum, principio tantum Grę i uersus usus, adagij huius meminit.

Pulydamanta roga. Ex imitatione Homerica et hic & albi, ne syllaba subsultet, legimus Pulydamanta, quemadmodum & Pulypus, licet alij Polidamanta, & Polypum, ut sit ωmega scribere malint.

Ipse repertor opis uaccas pauiße Phereas, Fertur. Calimacus diuersam ab alijs causam seruitij canit, cum scilicet Admeto Apollinem seruiße prodat, quod adolescentis amore captus eßet, atq; ad emerendum eius amorem gregem ab eo pastum.

EX HYPSIPHYLE.

Non hæc Aesonides, sed filia Phasis Aete. Dubitaui sæpe antea, quæ maximè probabilis esset huius carminis lectio. An hæc ipsa, quam ipsi reliquimus, an quam alij substituere, Phasia; Aetæ, legentes, cum hic tum in Medea, ut Aetam bisyllabum fecerint. Ego ut contractionem illam malè etiam ab hisscriptā non hactenus legere memini, sic malim trisyllabum seruare, ut diphtongus illa corripiatur, sequenti uocali: quod & Græcis & Latinis nostris est peculiare, in duabus scilicet dictionibus. Cum una enim terminatur diphthongo, & subsequens à uocali incipiat, corripitur diphtongus, natura præcedens alioqui longa: ut Insulæ Ionio, ne Grecia citem) & , Ilio al-

to, & Pelio Ossam. Sed & in eadem ditione Virgilius, cùm dixit: Sudibus ne præustis, diphtongum corripuit. quin & ipse Ouidius in Metamorphoseos septimo, Quos ubi viderunt præacute cuspidis hastas, tametsi sunt, qui legant, peracutæ. Verum hoc Ausonij nullus inuertere poßit, cùm ille in Protreptico ad nepotem scribens, hoc uersu ita laudat. Te præeunte nepos modulata poemata Flacci. Adde quòd vix legas, nisi memoria me deficit, Aetam bisyllabum. nam ille Ouidij versiculus ita legitur in uetustis codicibus, Dißimilemq; animum subijt Aeeta relictus. Et paulò post Ouidius, Cùm rapido fallax Aeetias igni Imponit purum laticem. Et Medea: Non erat Aeetes, ad quem despecta ueniret. Et iterum; Non senis Aeeta regia Lemnos erat.

EX DIDONE.

Pœnas uiolate Sichei Sunt qui Sichæo, malint.

Mille procis placui, qui me coiere frequentes,

Videndum an desit, in præposito, uel quid simile, ut in me coiere, legas.

Septraq; sacra tene. Alij, sceptra sacrata: nobis uetus lectio displicere non potest: & alioqui codices omnes manuscripti ita habent.

Nec steterunt. Ea forma, qua Virg. Steteruntq; comæ & Terentius, emerunt.

Certius ibis. Sunt qui serius malint.

EX HERMIONE.

Si te iam tangit Oreste. Alij pia tangit, alij nunc.

Induit illa patrem. Accuratius obseruandum censo

eo, quid illud verbum, induit, sibi hic velit. Nam interpretes ganniunt.

Diffundimus iram. Et hinc facilè apparet, diffusiones dierum esse legendas apud iurisconsultos & Gellium non diffisiones: quod quibusdam placuit, vt improbè faciant, qui immutare veteres lectiones audeant.

Quà duo porrectus longè freta distinet Isthmos,

Vecta peregrinis Hippodamia rotis. Duo sunt aduertenda, & quod malè codices omnes habent, detinet, cùm destinet dubio procul legendum sit: quod quiuis vel mediocriter ductus aduertat: & quid sit illud quòd externas rotas in Hippodamia hic dicat Ouidius. Nos rem eruditis etiam nõ paucis ignotam breui explicabimus, ex Pindaro inprimis, & Appollonio, qui cum interpretibus suis prodidere, Hippodamiam inter currendum alieno curru, idest, procorum, qui cum ea cursu certabant, eße vectam: vnde & hoc in loco peregrinas rotas Pelopis currum intellexit, quo donatus ille à Neptuno est in amoris olim cõpẽsationẽ.

EX DEIANEIRA.

Se tibi pax terræ, Alij codices, Pars terrę, habebãt. Nos ex manuscriptis codicibus pax restituimus.

Theutrantia turba, Non, Thestitia, aut, Thespica, legendum eße, faci cùm illud à Politiano inuentũ, tùm etiam quod Stephanus Theutrãtẽ Thespij patrẽ facit à quo Theutrãtia turba iure Thespiades appellatæ.

Vna recens crimen refertur adultera. Nos, syllaba refragante, quandoque referetur, nunc verò diligentius exanitata re, defertur legẽdũ cẽsem⁹: quòd propriè

id

id verbi significatum sit, vnde, & delatores: sed & codex vnus manuscriptus, defertur, habuit.

Inter Ionicas. Alij Mæonias inter, reclamante codicum fide, ex quorum auctoritate lectionem ita resti tuendam admonere lectorem voluimus.

Scilicet immanes elisis faucibus hydros,
Infantem & caudis inuoluisse manum.

Multis erroribus versiculi hi duo fœdati antea erāt qui tamen ita restituendi (vt arbitror) fuerant. Si tamē hoc integrum lecturis.

Quodque inter læuumque latus, dextrumque lacertum. Habitum compressi ab Hercule Antæi his verbis expressit Ouidius, vt malè emēdasse videri possint, qui læuumque latus, læuumque lacertum, legerent.

EX ARIADNE.

Semisepulta. Codices omnes semisopita præ se ferūt, reclamante tamen syllaba Nam sopire semper primam producit, vt apud hunc ipsum infrà Medea: Quę me non possum, potui sopire draconem. Et Hypermnestra, Dum petis amplexus, sopitaque brachia iactas. Tamet si sopor corripiat, quare semisepulta libentius eodem sensu legerim.

Nec facta tulisses. Emendauimus, cum hactenus omnes codices nulla sensu, tulisses, haberent.

EX MEDEA.

At tibi Colchorum. Alij, Vt legunt: sed quo sensu, ipsi viderint,

Cur vnquam Colchi. Quis non videat hoc totum ex principio Medeæ Ennianæ deductum? ancilla enim Medeæ apud Euripidē, et ex nostris Ennium, sic fermè

cœpit. versus autem notiores sunt, quam vt à me sint huic loco incerendi: odiosa enim omnis ostentatio præsertim vbi magnitudo rei non excuset.

Excipit hospitio, iuuenes Aeeta relictos. Et in hoc versu addidere quidam, Pater, vt bisyllabum Aeta faceret, cùm tamen trisyllabum sit, vt paulò post in eundem hunc sensum: Dixerat Aeetes. Adde quòd malè etiam scripserint, dum Oetam scribunt: sic enim montis est nomen.

Vt vidi, ut perij. Alij, Et vidi, & perij: mihi ex Theocriti, & Virgilij imitatione hoc probabilius est visum, magisque poeticum.

Hæc animum, & quota pars etiam mouere puellæ. Pudendo errore addiderant, & legerant omnes, possent mouere, qui non videbant saltem obstare syllabæ quantitatem, si mouere perpetuum facerent modum. quare nos ex perpetuo perfectum fecimus, sensu, & syllaba quadrante.

Aut nos Scylla rapax. Quid est quòd scyllæ meminerit, quę adeunda illis ex Ponto redeuntibus nequaquã erat? An errore muliebri, & animi mœrore quid dicat, nescit? An Ouidius id innuit. Argonautas mari iactatos, quod Græci etiam poetę quidam cecinere, ad Africę litus appulisse, vt vel inuiti Scyllæ, Charybdisque vortices subierint?

At subito nostras vt Hymen cantatus ad aures. Quid alij senserint in hoc verbo, quod ad syllabę moram ẽtum attinet, haud quanquam nos fugit: mihi tamẽ probabilior eorum est visa ratio, qua syllabã hanc corripiẽdã esse crediderunt. unde & ex uetustis codicib.

vt,

vt, addidimus, & paulò post in altero versu, &, particulam substituimus, cum impressi ad hanc diem codices, Turba ruunt, Hymen clamant, habuerint. Nec verò illis Catullianum carmen fauerit, vbi ille intercalari numero videtur quandoque producere, cùm diuersam ille secutus sit rationem, & licentior aliquanto in syllabarum spatijs habeatur:

Turba ruunt, & Hymen clamant: Hymenæe frequentant. Adeone quosdam esse vel grammaticæ rationis expertes: vt non aduerterint Hymenęa legi nequaquam posse: vnde enim ille accusandi casus in adeducatur? Aut quis quarto casu Hymenæa dixit, cum ῦμεναιος rectus exeat? sed nobilissimi saltem poetæ testimonio admoneri poterant, qui in libris de Ponto sic scribens ad Maxim. cecinit: Ille ego, qui cecini uestros Hymeneon ad ignes, Verum in Ibi de hoc, hisque similibus alia. nam nec scribamus iustum nunc opus, & admonere tantùm lectorem volumus. Alioqui & Hypermnestra, Vulgus Hymen Hymenæe vocant. Et Catullus, Hymen ò Hymenęe Hymen.

EX LAODAMEIA.

Linguaqne mandantis. Sic emenda, cùm hactenus mandatis, legeretur.

Dux pari. Ineptum, & perridiculum est, quod opici quidam, & malè initiati litteris; Dispari, ex Homerica Rapsodia supponendum contendere.

Quem non violauimus ignem. Non faces ab Ouidio pro igne intelligi subsequens versus segnissimũ, quę

que admonere poterat, sed eum ignem, quem cum aqua à noua nupta tangi moris erat. Plutarchus in problematibus, & alij: nam & quinque faces adhibebantur, quemadmodum panis cum aqua in eisdem nuptijs. Dionysius Alicarnasseus.

EX HYPERMNESTRA.

Quid Iò freta longa pererras? An hic, vt in Ibi; primam huius dictionis corripuit? an verò vox est exclamantis?

EX PARIDE.

Sed Nymphis etiam curaque, amorque fui. Quid est, quòd Nymphis curam se fuisse dicit? quòd alias, præter Oenonen, amarit?

EX HELENA.

Militia est operis altera digna tui. Sic enim libentius legerim.

EX HERONE.

Leandre. Tu vide, ne vbi producitur prima syllaba, Græcorum de more Leiandre sit scribendum.

EX ACONTIO.

Et Thetidis quales vix reor esse pedes, ἀργυρόπεζαν Thetin ex Homeri Rhapsodia innui.

Maceror interdum. Grammatici quidam, dum macerari verbum in prima correpta pronunciari posse contendunt, versiculum hunc ingeniosissimi vatis contaminauerunt, non aduertentes inuersum esse verborum ordinem, & sic restituendũ, vt nos emẽdauimus.

Si generosa probaris. Sunt qui probatis malint, ac si dicat, tu tuiq; omnes probatis stemmata in coniugẽ.

Ex

EX CYDIPPE.

Tunc mea difficili. Sic legendum, non difficilis, quā do melius dicatur; Nauem deductam difficili æquore.

His tamen aduerso: Vide, ne legēdū sit bis, vt signi ficet Cidyppe non semel ventum aduersum fuisse.

Miror & innumeris structam de cornibus aram. Non ego hoc loco plura, quàm quæ Politianus de ara Delij Apollinis ex cornibus facta frequētibus, addam. Ad illum diligentem lectorem relegamus.

Et de qua pariens arbore nixa dea est. Oliuæ palmæque arborem, cui Latona pariens innixa est innuit ipse in 6. Metam. Illic incūbens cum Palladis arbore palmæ Sed Plutarchus fontiū facit hæc nomina, obiectaq; Latonæ draconis specie præcipitasse sese de saxo territam Græcis hæc auctoribus cantatissima sunt. Satis nobis est digito fontem quærere volentibus ostendisse: nihil enim ineptius, aut friuolum magis censeo, quàm vbi in pueriribus ostentare ingenium, aut eruditionem velis.

In læuū versor, cùm vocat ille, latus, Iā quis nō videat legēdū læuū, nō dextrū? si quidē decūbentes, dum auersātur eos, q inuisūt, in læuū reclinēt lat⁹ necesse est.

Mirabar quare tibi nomen Acōtius esset. Si Euripidis illa in Polinicis nomine interpretatio iure irrisa, explosaq; est à doctis nescio an hæc probari Ouidiana satis debeat, cùm i eius nomine laudat Cydippe, quasi iā inde à puero sortiri nomē hoc potuerit, q in illa iaculaturus esset amoris facē: ἀκόντιον. n. Græcis iaculū. Sed hæc quādoq; poetis vsurpata, i earū ꝑserti ꝑsonarū seruādo decoro, quas min⁹ prudētes peritasq; introducūt.

Teq; tenente deos. Omnes hactenus Deo, nullo(nisi fallimur)sensu.

EX SAPPHVS EPISTOLA

EGNATIVS LECTORI.

Cōtulimus olim in hanc epistolam aliquāto plus industriæ, ac curæ: tum quòd cæteris corruptior hæc erat, tum quòd tametsi cum reliquis ab Ouidio scripta uidetur, illam tamē doctissimus quisque ita semper admiratus est, ut secernēdam ab alijs cēsuerit: ac si inter illos minores patricios allecta, cōmunem sortem non ferat: eminereq; statim inter cæteras debeat. Quare et Calderinus, & ante illū Merula, ueluti in olympico stadio celebres athletę, non citra pulueris(quod aiunt)tactū desudarūt, &, ut coronā reportarent, cōtenderunt, ac si Pythia illa, ac Nemeęa, uel si qua alia in terra Græcia celebrabātur olim, non uerā, cumulatāq; uictoribus gloriam afferūt. Et sanè ut illa quidē sacra omnia erāt, & Olimpicus agon, uel Iouis maiestate, uel Herculis, q primus instituit, auctoritate, uel etiā loci magnitudine, ac claritate cætera terræ Græciæ præstabat: ita hæc epistola, tametsi cū reliquis scripta sit, & auctoris ipsius maiore quodā studio, & psonæ, q̄ sustinet, grauitate, & euētu maxime memorabili digna semp est uisa, & principē sibi locū uēdicaret, & maiorē diligētiā exposceret: In qua si à uiro in primis erudito, ac de studijs nostris optimè merito dissētire ī paucis uidebor, ignoscet ille cū cæteris, cū ī nō paucioribus illū & sequar, et laudē. Vtinā q̄ eius literas, ac studiū ęmulatiōe multorū dignæ iudico, tam possem et cętera his ęmulanda proponere.

Sappho

Sappho Phaoni. Non ingratam tibi lector, futurã fabellam existimo, non animaduersam ab utroq; commentatore, quam primo adolescentiæ nostræ tyrocinio ex Græcis scriptoribus in racemationũ nostrarũ capite uulgauimus. Tu si uacat, inde eam petas.

Nunquid ubi. Alij, Ecquid ut, emendarunt: sed ipsi uiderint: mihi uetus lectio non immutanda est uisa, ubi præsertim auribus illa obsequatur magis, & consensu etiam probetur eruditiorum.

Elegeia flebile carmen. Et hæc lectio mihi semper uisa probabilior, quàm elegi uerbum, aut eligi quoque, quod substituere quidem, id quod inconcinum, absurdumq́ue uidetur, nec ingenio poetæ congruens: qua autem ratione fiat, ut syllaba ea longa sit, & auctorum usu probatur, & à ratione non abhorret.

Nec mihi Pyrino subeunt Mnaisue puellæ,
Nec me Lesbiadum cætera turba iuuat.

Neq; accusare quempiã est animus, nec tantũ mihi assumo; ut si quid alij diuersum à me senserint, id ego statim ad inuidiam meam trahã. Sua cuiq; placet. ego mea ut nõ multũ admiror, sic ubi melius nihil habeo, non facilè contemnere, aut damnare soleo. Illud tamen in bonam partem dictũ à me accipiant uelim, quòd immutarint lectionem, totamq; inuerterint, non mutaturos fuisse, si rem consideratius expedißent. Qui enim, quæso, Pyrrhiades à Pyrrha, aut à Methymna Methymniades deduci poßũt? Aut unde hæc tã insolẽs, tãq; absurda deductio? dicim⁹ quidẽ Lesbiadẽ, Pelasgiadem Achciadẽ, Helicõiadẽ, et cętera id gen⁹, sed ut ratione

non careant, non tamen Pyrrhiadem, Methymniadem nũ magis quàm Mytileniadẽ, Romaidem, aut Chyrrhiadem, quod nec vsus, nec ratio patiatur, Vnde enim patronymicum hoc mu liebre formatur, aut quomodo? Si enim Pyrrhæus, vt Methymnæus est nomen possessiuũ, ut sunt nullo pacto poteris inde hoc patronymicum deducere. Aut enim Pyrrhæas faciet, aut per dißolutionem Pyrrhaias. utrum autem dixeris: & duriter, & insoléter id deduxeris. quòd si Pyrrhęades legeris, sylla ba claudicet, neceße est. Nos igitur a ueteri stabimus lectione. examinent illi rem totam, ut ingenio excellũt, & eruditione præstant, facilè (ut opinor) recantabunt.

Quas hic sine crimine amaui. Non displiceret ea lectio, quam astruxere, Quas non sine crimine amaui. Sed interim ampliari iudicium postulo.

EX SAPPHO.

Nec me despicias, si sum tibi corpore parua.
Mensuramq; breuis nominis ipsa fero.

Diuersa longè est lectio, quæ nunc circum fertur, scilicet, Sum breuis: at nomen, quod terras impleat omnes,
Est mihi: mensuram nominis ipsa fero.

Sed uos erronẽ tellure. Alij, O uos erronẽ. uetus lectio
Nec uos erronem telluri admittere nostrum.

Nisiades matres, Sicelidesq; nurus. Alij,
Nisiades matres, Nisiadesque nurus: ut sit geminatione iucundius carmen.

Tu quoq; quę immites celebras. Alij sic emẽdarũt, Tu quoq; quæ montes: sed uiderint illi, ne montanũ, ac subagreste quid oboleat hæc emendatio.

Non

Non Arabum noster rore Capillus olet. Alij
Non Arabum noster dona capillus olet.

Non vt ames oro, verùm vt amare sinas. Sic corriges quemadmodum id, quod sequitur, *Admonuit quamuis.* Alij, *Admoneat.*

Per tibi qui nunquam longè discedat amorem. Alij omnes, discedit: nos ex affectu optantis fœminæ illũ modum substituimus: ac si dicat, qui vt nunquam discedat & abeat à me, opto.

Postquã se dolor imminuit, mea pectora plãxi. Alij, Nec pectora plangi. ubiq; tamen Ouid. priori verborũ forma hanc sentẽtiã cõtexuit, vt Canace, Exierã thalamo, tunc demum pectora planxi. & Medea, Protinus abscissa planxi mea pectora veste. Adde quòd vix dicatur, nec puduit plãgi pectora, sed plãgere, vt exululare

Frondibus & nullę dulce queruntur aues. Vbi olim mille, nullo sensu, emendabis nullę: aliter & syllaba nutet, & sensus non quadret.

Grata prius lacrymas cùm bibit herba meas. Omnes hactenus, combibit, legere: mihi cùm bibit, non displicẽte vt hic planè sit sensus, incubuiße se in locum frequentius, vbi antè iacuerant, cùm interim herba, locusque antè illi gratus exciperet suas lacrymas, quę fluerent ad Phaonis memoriam. Si quis tamen &, combibit, probat, non admodum repugnem.

Sola virum non vlta prius. Emendabis, Pie. Prius, enim causa uox semper visa est, ac nihili.

Est nitidus, vitroq; magis perlucid⁹ amne, Fõs sacer. Alij aliter, *Est nitid⁹ vitroq; magis perlucidus amnis.*

Vna nemus. Quid enim sibi uelit uetus lectio, non uideo, *Vnda nemus*, quando & Domitius iam antè id agnouit, & sensus unà exposcit.

Ante oculos uisa est Nais adesse meos. Non possum non admirari tantam lectionis varietatem in codicibus deprehendi: uetus enim lectio sic fermè habet:

Formosus puer est uisus adesse mihi. nunc alij diuersè legũt, *Constitit ante oculos Naias una meos.* Vbi maior, quid sibi uelit hoc nomen, quod quidam legunt per ypsilon. Manuscriptus codex noster sic habuit, ut emendauimus. Quam igitur malint, eã sequantur. Illud testari possũ, ueteris si lectioni steteris, dissentire à sese Ouid. qui statim nõ ad Cupidinem, sed ad Nymphã, id est hãc Naiada conuersam Sappho faciat, cũ inquit, *Ibim⁹ ò Nymphe*: quo in uersu grauis incederat error, ut Nymphas alloqui uideretur, cũ Naiadem Nimphã quæ oculis obiecta illi fuerat, alloquitur, & sic Nymphæ uocandi casus erit: Græcorũ more unitatis numero.

Nec mora iussus amans tenuit lectissima Pyrrhæ
Pectora, Deucalion igne leuatus erat. Admonuimus iam alias varietatẽ lectionis incredibilem deprehẽdi in hac epistola. Nam quidam adeò diuersi abeũt, ut nec uerba, nec sensius cum ueteri lectione cõueniãt. Mihi non tantum animi fuit, ut tantam immu tationẽ admitterem, integrum relicturus alijs, quid magis illi probari sint: alij igitur fortasse non malè;

Nec mora, uersus amor fugit, lentissima mersi.
Pectora Deucalion igne leuatus erat.

Ibimus ò Nymphæ. Vocandi casus est unitatis nume-

ro, & Græco more enunciatus.

Grata lyram posuit tibi, Phœbæ poetica Sappho Domitios, & alij Poetica Sappho (ignoscant illi) tam perperam legunt, quàm malè interpretãtur. Nemo.n.nesci re potest, quid uel Græcis elementis imbutus sit, nõ dici substantiuè unquam sic Poeticam: dicimus enim Poeticam artem, ut Horatij ars poetica, sed patriã muliebri genere, ut Poetam, quod Græcis in primis peculiare est Nomina namq; hac forma apud illos multa, ut ψάλτρια μαθήτρια, ποιήτρια.

Lesbides æquoreæ, nupturaq́;, nuptaq́; proles.

Sic omnino melius, ut illud etiã, quod sequitur, amatæ potius, quàm amare.

Me miseram dixi quẽ modo penè meus. Malè uetus lectio, quæ, nos uerò quem, alij quam. (cibus

Ecquid ego hęc precibus? Alia lectio, Ecquid ago p̃

Puppiq́; tuæ uotiua paramus. Quis nõ uidet, etiam reclamante codicum fide, legendũ, Paramus, non Parantur, ex amantis affectu? significare enim uoluit nuncupata à se ipsa uota pro Phaonis reditu.

Non tamen inuenies, cur ego digna fuga.

Hic uersus per parenthesim omnino legendus est.

HAEC sunt, Bertuti optime, quæ a nobis summo studio, ac diligentia in hanc epistolam iampridem elucubrata, breuissimè, ut uides, complexi sumus. Tu (ut spero) non parũ uoluptatis iam ex hac lectione capies, cæteri etiam emolumentum, quando epistola omnium elegantissima, iam nunc legetur, ut intelligi possit. Quin etiam & Domitio ipsi, uiro planè erudito, & in

hoc commentandi genere facile principi, non paruā opē attulimus; quippe q labores hominis partim neglectos, partim etiā fœdatos, ita restituimus, vt ipse cū suo Nasone percipi tādē queat. Nā præter alia sanata vlcera, Græca omnia, quæ desiderabātur, testimonia subtexenda in eius comentarijs curaui. Bene uale, nec quæ alij nup emēdarūt, contēne: multa enim in illis bonæ frugis inuenies, vt industria illorū nō parua habēda sit gratia.

EX IBI.

Pugnabūt iaculis dum Thraces, Iazyges arcu. In cuius versus interpretatione, lapsum Domitio miror, q Iapides & legat, & interpretetur, ac si nesciat inter Scythas id genus hominum Ponti accolas ab omnibus & geographis, & poetis annumerari. quorum testimonia breuitati institutæ studens omitto. Iapides certè nuſquam lectum, arcu, & sagittandi peritia celebres.

Quiq; ab eo equo præceps in Aleis decidit aruis. De Bellerophonte intelligi nulli dubium: quòd verò Aleis aruis, non alienis, erat legendum, admoneri vel Homeri ea lectione potuere. qui in ξ ita cecinit:

Ἤτοι ὁ κὰπ πεδίον τὸ ἀλήιον οἶος ἀλᾶτο
Ὃν θυμὸν κατέδων πάτον ἀνθρώπων ἀλεείνων.

Hæc carmina Cic. in 3. Tuscul. ita interpretatus est: *Qui miser in campis mærens errabat Aleis, Ipse suum cor edens, hominū uestigia vitans.* Qui versus quòd ad Aleos cāpos attinebat, corruptè antè habuit alienis. Dicti autem Alei campi, ἀπὸ τῆς ἄλης, id est errore. Traditum enim est ipsum Bellerophontem, elatum rerum magnitudine, quas gesserat, ad cœlū volandi cupidū, Pe-

gasi equi aligeri opera vsum, id quòd molestè Iupiter ferens, asilū immisit Pegaso: quare inde excussus in Lyciç campum decidit qui de cōtinuo errore primus Alei nomen dedit. Quem equū mox Aurora à Ioue munus accepit continui eius cursus solatium. Sunt qui aspirēt dictionem, ἀπὸ τῶν ἀλῶν πηγευμένον Dictus autem Bellerophontes, seu Bellerophon, qui ante Hipponoos, ab interfecto Bellero Corinthio.

Vel tua ne pęnę genus hoc cognouerit vnus. De Metio Suffetio Albanorum dictatore ab equis, Tulli regis iussu, distracto intelligendum. Virgilius,

Nec procul inde citæ Metium in aduersa quadrigę
Distulerant: at tu dictis Albane maneres.

Cui nihil Hercęi profuit ara Iouis. Ἑρκεῖον δία *Græci appellauere Iouē, qui penatibus praeesset, atque intra proprios lares coleretur, quando* τὰ ἕρκη *domus ipsius circuitum appellant, vnde & hic Hercæus. Iupiter, & apud Virgilium, Ara Hercæa.*

Aut vt in Amyntiadem. Pausaniam, Philippi Macedonum regis Amynte filij interfectorem, notat, vnde Amynitiadem illum poeta nuncupat.

Nataq; vt Aeacidæ Laodamiā fortè Alexādri Pyrrhi filij virginē ītelligit, quę à Milone Aetolo, vt Iustinus lib. 27 est auctor, interfecta per summū est scelus.

Cantharides. Vermiculus hic ficis, & fraxino, ac albæ rosæ innascens; ac peucæ, præsentaneū venenū habitum, vt tamē remedia secum habeat alas, quæ in quacūque, parte venenū sit, auxiliātur. Memoriæ proditū, Cossinio equiti Romano, & Neronis principis amicitia

claro,

claro dum Lichene correptus eßet, à medico datis interijße. hæ Uticensi Catoni obiectæ in Cyprij regis auctione, quas sestertijs 60. addixisset, non tanti gemmas venditurus, quanti nunc venenum.

Phærei. Iason hic à Pheris Theßalicis, quas tyrannide oppresserat, dict° Pheræus, de quo Cicero, et Pli. 7. qui deploratus à medicis vomicæ morbo, cùm mortem in acie quæreret, vulnerato ab hoste pectore, salutem inuenit. Ita illi hostilis gladius salutem attulit, quē medici sanare nulla ratione potuerant. hunc Thebe vxor, adiuuantibus conscijs, tandem interemit.

Aquas occultas. An fortè Alpheum fluuium præter labentem intelligit, qui subter mare in Siciliam lapsus, Arethusæ fonti sese immiscet?

Vtq; vel Euridamas. Hic Medus ex Homeri interpretis testimonio fuit, qui circa Thrasylli fratris tumulum à Simone Larißæo tractus est.

Vnum qui toto corpore vulnus habet. Sic & ipse in Metamorphosi de Marsya. Necqdquā nisi vuln° erat.

Vtq; Dryantidæ Licurgū innuit, vt puto, Dryantis filiū, quē μονοκρήπιδα Grçco epitheto appellatum inuenio, quòd in altero tātū pede calceū haberet. Hunc Homerus à Ioue lumine orbatū cecinit. quare ꝙ altero pede læsus esset, cultū pedis disparē Naso ingeniosè dixit.

Tisameniq; patri, Callirhoesq; viro. Quis dubitet Calligones malè à Calderino legi? fabulāq; absurdà confingit? Tu igitur Alcmæonē Amphiarai filiū, matricidā ītellige: q cū ad Phegeū Alphesibœç patrē venißet, vt furore ac insania purgaretur, in quā ob matris Ery-

philes

philes necē inciderat, Alphęsibœam, dato prius illi monili, in uxorē purgatus accepit inde profectus, Callirhoen Acheloi filiam adamauit. Cūq; illa non aliter in nuptias concessura foret, quā monile accepisset, rediȷt ad Alphesibœam Alcmęon, monileq; repetēs, à Temeno, & Axione fratribus Alphesibœę est interfectus, quos soror tamen in ultionē mariti necauit. Hoc ipsum Ouidius secundo de Remedio amoris sic cecinit:
Amphilochi frater ne Phœgida semper amaret.
Callirhoe fecit parte recepta tori. Hanc rem & in Metamorphoseon 9. perstrinxit. Filia ne ue magis capiti sit fœda parentis, Quam tua uel Pterela, uel tua Nise fuit. Cymethonem Pterelæ Taphiorum regis filiam, quæ Cephali, Amphitrionem in expeditionem secuti, capta amore est, nemo non nosse potest, de qua eadem quæ de Niso & Scylla fabulata est Graecia. Illa enim & patrē, & patriam hosti prodidit, abscisso patris fatali capillo. Plautus in Amphitruone, Pterelā ab eo interfectum, solus omnium, quos legerim, prodidit.
Vt quos dux Pœnus, Acerranorū senatores ab Annibale per fraudē captos, & in puteum demersos notat Valerius 9. & Appianus Lybico.
Frater ut Antęi. Busirim eodē patre natū, quo Antęus innuit, Probus noster auctor est in Geor. Qualis autem fuerit Busiris, notius est, q̄ ut pluribus explicare debeā.
Vt Sinis, & Sciron, & cum Poliphemone natus. Hic & Procrustes cognomēto dictus est. Filius & cereris. Plutō ex Iasio genitū & Cerere, Hesiodus cecinit in sua Theogonia, cuius nomine diuitias & opes Gręci

appellãt, nam πλοῦτος diuitię. Cęcus ab Ariostphane in fabula Pluto dictus, quòd rarò ad bonos viros adeat.

Solaq; Limone. Hippomenis filiã, de qua suprà Limonem appellauit, quòd, fame, quæ λιμός à Græcis dicitur, cũ equo à patre intra domum inclusa perierit, qui postea locus Athenis ab ipsa puella & equo nomen habuit. De hac Aelin. 14. Omnimodæ historiæ sic scribit: Hippomenes vnus ex his, qui à codro originem ducebat, cùm calumniæ impatiens eßet, quòd filia Limone adulterium commisisset, illum quidem cum filia currui alligatum, dilaniandum curauit, filiam verò cũ equo domi inclusit, quò ad famẽ perijt. Unde Gręcis prouerbialis locutio, Hippomene magis impius Diogenianus.

Lyrnesius heros. Quid si Cygneius legatur & Tenes vnde Tenedos insula dicta, arce à patre inclusus intelligatur? De Tene autẽ & Securi Tenedia plura aliàs.

Ut satus Hipponoo. Diximus Bellerophõtẽ antè Hipponoũ appellatũ, ut meliꝰ et hic Hiponoo, qualiscũq; hic

Quique Lycurgidem letauit, & arbore natum, (sit.
Idmonaque audacem, te quoque rumpat aper.

Tres hic intellexit Oui. ab apris occisos, et primũ quidẽ Ancęũ Lycurgi, & Antinoes filiũ, de quo sic Apollo:

Τρίτος νέ μεν ἔσπετ' ἴσσιν
Αγκαῖς τὸν μὲν πατὴρ λυκοῦργος ἔπεμψε,

Hic verò ab apro Calydonio in summo inguine pcußus cecidit. Ouid. 8. Quaque est via proxima leto, Summa ferus geminos direxit ab inguine dentes, Concidit Ancęus. Alter verò est Adonis Cynarę ex Myrra filia genitus, quẽ fabulãtur intra corticẽ matris, iã in ar-

borem

borem Myrrham mutatæ, educatum, & suo tēpore inde emissum. Nam Idmō Asteriæ, & Apollinis proles apud Mariandinos ab apro necabatur, clarus præcipuè uaticinio. Hunc tamen Balbus morbo perijsse prodidit quinto. Quid est autem, quòd audacē Idmona uates ingeniosissim⁹ appellat? an quòd cùm sciret in expeditione illa se moriturum, certè morti pro laude sese expò sui? quod summæ audaciæ censetur opus: quod & Apollonius et Balbus noster ita in primo canit:

Lacrymæ cecidere canenti,
Quod sibi iam clausos inuenit in ignibus Argos.
Inclususq; necem cauea patiaris, ut ille.

Non profecturę cōditor historiæ. Non iustum opus hoc scribimus, sed studiosis tantum, & industrijs prodesse contendimus: atque ideo quanto breuius fieri potest, rem ipsam perstringimus. Domitius hoc in loco nescio quid de Cherillo malo illo rerum Alexandri scriptore confingit, nullo satis auctore certo, cū de Callisthene philosopho & Comite Alexādri sentiēdum sit. Hic Aristotelis ex sorore nepos, dū ferre regis īsolētiā nō posset, qui sibi Ammonem patrem assereret, in odium eius incidens tanquam coniurationis Macedonicæ concitator, inedia mori coactus est, caueæ cū cane inclusus, & ad ludibriū diu gestatus. Illi uerò excellens ingenij uis, aut historiæ à se cōditæ de Alexādri reb⁹ monimēta parū profuere, Iustino, Seneca, Curtio, & alijs.

Vtq; repertori nocuit pugnacis iambi,
Sic sit in exitium lingua proterua tuum.

Non ego is sum, qui Domitij ingenium non probem,

dignumq; viro propositum non maximè admirer qui, cũ ea ætate esset, (quartum enim & trigesimum vitę annũ agens obijt) tot tantaq; edidit, quot, quantaq; in hoc genere ad hãc diẽ nemo; in quibus si ille lapsus est interdũ, vt facilè omnes labimur, nõ tamen dignissimus omniũ laude & commẽdatione sit, in his præcipuè, quæ primus aut inuenit, aut explicauit. Fuit ille quod negare nõ possumus, aliquanto audacior, quòd cõparatã sibi auctoritatẽ, & gratiã, multorũ fauore cõciliatã, retinere quauis ratione, & arte cõtẽdit, ut multa etiã precipitare coactus sit, quæ, si diutius uixisset, forsitã emẽdasset: ut hoc ipsum, de quo agimus. In quo loco partim breuior est, quã tãta res expoſcebat: partim etiã quædã, quæ sustineri nõ possũt, inculcat. Nam de Archilocho intelligi certũ est, qui ex Paro insula iãbici carminis auctor apud Græcos celebris extitit: qui tãta carminis acerbitate in Lycamben socerũ inuectus est, eiusq; filias, ut ad laquei mortẽ utrosq; cõpulerit: sed quòd ab his interfectus sit, quod Domitius addit, nõ inuenias; quin cõtra à Calõdã quodã, cui Corax cognomẽtũ fuit, in acie fortiter pugnãs occiditur, quẽ Pythiũ oraculũ post ea arguit. Quod & Plin. li. 7. prodidit. nec pri⁹ expiari à cęde potuit, quã excusata cæde, eaq; in necessitatẽ reiecta, illi ad Tenarũ parẽtasset, unde ꝓuerbiũ Græcis ἀρχίλοχον πατεῖς, in maledicos. Sed ad hunc locũ minus hæc faciũt, cũ Ouid. nõ eius cędẽ, sed id potius sensisse uideatur, ꝙ Lacedæmonij libros Archilochi è ciuitate sua asportari iusserint, ꝙ eorũ parũ pudicã ac uerecũdã lectionẽ arbitrabãtur plus mori

bus

bus obeſſe, quã ingenijs prodeſſe poſſe. Quòd igitur ille domũ ſibi inuiſam maledictis inceſſiuerat, adeo ut nec ſibi ipſi parceret, benè ab Ouidio dictus linguã habuiſſe in ſuum exitium proteruam.

Vtque lyrę uates fertur perijſſe ſeueræ,
Cauſſa ſit exitij dextera læſa tui.

Quid ſi Philoxenum Cythereũ Dithyrãborũ poetã intelligas? quod enim de Ariſtophane neſcio quo Domitius cõminiſcitur, perridiculũ eſt. Nam et Dithyramborũ poetæ ſeueritas lyræ cõgruit: & quæ ſequũtur, ab hiſtoria nõ ſunt aliena. Cùm enim apud Dionyſium hic ageret, nec eius poemeta laudare poſſet ut inepta, & incõcinna in latomias coniectus eſt. Vnde precibus amicorũ extractus, cũ Dionyſiũ recitãtẽ audiſſet, ſurrexit et Dionyſio cauſſam percũctãti: Satius, inquit, eſt in lapicidinis agere, quàm recitãtẽ tyrannũ audire. Cic. in epiſtola ad Att. li. 4. Reliqui eſt: σπάρταν ἔλαχες ταύτην κόσμει. non mehercule poſſũ; & Philoxeno ignoſco, qui reduci in carcerẽ maluit, quã talia audire. Hic tandem cũ Tarentũ aufugiſſet, reuocatus ab eodẽ Dionyſio ꝑ litteras nihil aliud reſpondit, quã, à, litterã: unde in adagiũ, Philoxeni libellus, de his, qui rẽ aliquã facere nolint, uſurpãt; & Græci In latomias, id eſt, lapicidinas cõijci, cũ aliquẽ in malã rẽ abigẽdũ ſignificare uolũt. Sit autẽ hæc ęſtimatio nõ iudiciũ. Nã nõ ſatis liquet, an incorrupta ſit lectio. Quid enim ſibi uelit, ꝙ lęsã dicat dexterã exitij cauſſã, cõiectare nõ liqdò poſſũ. Illud omittere nõ eſt uiſũ, ꝙ uarię hiſtorię 4 Aelian⁹ ꝓdidit, Aeſchylũ Tragicũ ab Atheniẽſib⁹ ĩpietatis crimine fuiſſe

damna-

damnatum, quẽ cum lapidibus obruere Athenienses parati iam essent, Aristeæ minori natu fratri exerenti brachiũ, cui manus abscissa fuerat Salaminia pugna, in qua præcæteris insignẽ gloriã retulerat, facilè ciuitas fratrẽ donauit, ṁ meor uirtutis Aristeæ in nauali prælio nauat

Et tibi coniugij nox prima nouißima uitæ,
Eupolis hoc perijt, & noua nupta modo.

Domitius Eupolim veteris comœdiæ scriptorẽ falsò putat, ego ex tertio Epigrammaton animaduerti aliũ fuisse hoc nomine adolescentem Niciæ filiũ, qui Glycerio Euduci filia vxore ducta, tecti lapsu cũ noua nupta obrut⁹ ẽ prima nocte. Græci versus hi sũt ex 3. lib. duo.

Ἐὔπολι̇ν ἅς ἀγατὴν Γελγυνήριον, ὢν ὑμέναιον
Ἔσβεσεν ἐν πρώτῃ νυκτὶ πεσὼν θάλαμος.

Vtq; cothurnatum perijsse Lycophrona narrant.

Quare cothurnatũ Lycophrona appellauit Ouid à Domitio prætermißũ esse miror: neq; enim ꝗ Alexandrã op⁹ cõposuerit iãbico carmine, qđ op⁹ adhuc extat, cothurnat⁹ est dict⁹, sed ꝗ & tragedias cõplures, quarũ maximè celebres Marathonios, Oedipus, & Nauplios.

Quodq; suæ passa est pellex inuita sororis. Sic legendum hoc carmen sensu huiusmodi, vt lingua sic illi abscindatur, quemadmodum Philomelæ contingit, quæ inuita pellex sororis fuerit.

Et puer Harpagidæ. Sic & legendum, & de Harpagi filio, quem Astyngea Medorum rex patri epulandũ apposuit, intelligendum, Iustino, & Herod.

Vtque duobus idem dictis modo nomen habenti
Præfocent animæ noxia mella viam.

Hunc

Hunc Higinus Glaucũ filiũ Minois scribit, qui in uasis melle suffocatus, Aesculapij opa reuixit. sedet Claudia.

Cretaq;(si uerè narratur fabula) uidit
Minoum rupto puerum prodire sepulchro.
Quem senior uates auium clangore repertum,
Gramine restituit: mirę nam munere sortis,
Dulcia mella necem, uitam dedit horridus anguis.
Nec tibi si quid amas felicius Hæmone cadat.

Vidit hoc in loco certè Domitius meliora, nec tamẽ se qui potuit. Nã qs hic fuerit Hæmõ, diligentius explicãdũ omnino fuerat. Hic uerò Hæmon Creontis filius minor natu fuit, Menœcei, qui se pro patria deuouit, frater, cui Antigone, Oedipi filia desponsata fuerat, illa uero patrem in exilium secuta, Hæmon a Sphinge dilaniatus est, Euripidi, & eius interpretibus.

Teli genus hæreat illud. Osse enim marinæ turturis Telegonus Vlyssem patrem interemit, commentarius Aristophanis, & Dyctis.

Vtq; loquax. Anticulum Politianus in Misc. ex Homerica Rhapsodia significari uoluit, in quo tamen Polit. error apparet: neque. n. necauit illum Vlysses, sed eatenus compressit illi labia, quatenus Helena affuit. Error autem ex uerbi Græci similitudine facile ortus. Nam quod & litteris parum distant, Politiano.

Comicus ut liquidis perijt dum nabat in undis. Non nescio de Terentio hic esse quosdam suspicatos sed quid si Eupolim intelligas, quem constat ex Aristophanis commentario ab ijs, in quos Baptas acerbissimam comœdiam scripserat, mari immersum, suffocatumq;? qui Comicus per excellentiam appellari potuerit.

Vtq́; cothurnatum vatem tutela Dianæ,
Dilaniet vigilum te quoque turba canum.

qđ Domitius de Euripide ſcripſit,bene certe ĩterpretatus eſt,illud addidiſſet vellẽ qđ Aribeus Macedon,& Crateuas Theſſalus poetæ dũ inuident gloriæ, canes a Lyſimacho,Archelai ſeruo,immitẽdos curarunt, q ſecurũ illũ inuaderent,& laniarent. Non deſunt tñ, qui illum à fœminis diſcerptum prodiderint,dũ intempeſtiuè ad Craterum,Archelai amaſium ꝓficiſcitur. Sed eũ alij,dum Nicodici vxorem ſollicitat,interfectum ſcribunt.Vixit autẽ annis 75.cuius oſſa Pellam Archelai iuſſu deportata ſunt,ſed & Gellius lib. 15.non pauca

Diripiantq́; tuos inſanis vnguibus artus
Strimoniæ matres,Orpheon eſſe ratæ.

Vt illi malè Hymenæa, in epiſtolis quarto emendarãt, caſu,quod in Heroidibus annotauimus : ita hic aduerſa ratione error inoleuit. Neque enim uideo qui quartus hic caſus enuntiari non poſſit, quod qui prima grãmatices Grecæ rudimenta perceperint,intelligere facilè poterunt. quare ex manuſcripto codice, Orphea te eſſe ratæ,legas.

Obſtructusq́; famẽ patiaris.Pauſaniã Lacedæmonij Cleombroti filium innuit, de quo non plura dicam,cum Græcis & Latinis monumẽtis omnia vulgatiſſima ſint. Nunc quoque pellit Iò.Corripuit hoc in loco, vt ſuperius in Hypermneſtra. Quæ tibi cauſſa fugæ,quid Iò fre ta longa pererras?

Cliniadeq́; modo. Alcibiadis Cliniæ filij, caſum ex Plutarcho in eius uita accipe, qui miſerabili incendio ſemiuſtus flammis ferroq́; oppetijt.

P V B.

P. OVIDII NASONIS EPISTOLARVM HEROIDVM LIBER.

IN PRIMAM EPISTOLAM ARGVMENTVM.

Grecis ad Troiam cum maximo bellorũ apparatu ob Helenæ raptũ proficiſcentibus, Vlyſſes, Laertis,& Anticliæ filius,Penelopes nouæ vxoris detẽtus amore, inſaniã ſimulans, comitatum negat,uerum tandẽ frau de uiri a Palamede detecta , cũ cæteris in Troianã expeditionẽ ire coactus eſt,ubi quantũ & fraude, & uirtute ualeret,oſtendit.Tandem pluribus peractis certaminibus poſt decenniũ Troia euerſa : cum in patriam rediturus cũ reliquis Græcorũ principibus naues cõſcenderet,ob læſæ Mineruæ indignationẽ, uaſtiſſimis procellis oẽs agitati ſunt . Inter quos Vlyſſes acerbæ tempeſtatis impulſu in longiſſimam,ut pote decennẽ , peregrinationẽ agitatus eſt.Cum igitur Penelope,Icarij:& Polycaſtes filia,hactenus caſta. huiuſce tã longæ moræ cauſſam ignoraret , ad illũ hanc epiſtolam ſcripſit: in qua illũ multis rationibus in patriam reducere nititur,ſic inquiens.

PENELOPE VLYSSI.

Hanc tua Penelope lẽto tibi mittit Vlyſſes: Obiectioni occurrit per anthypophoram.
Nil mihi reſcribas,attamen ipſe veni.
Troia iacet certe Danaïs inuiſa puellis,
Vix Priamus tanti,totaq; Troia fuit.

O utinam tunc, cum Lacedęmona claſſe petebat,
Obrutus inſanis eſſet adulter aquis.
Non ego deſerto iacuiſſem frigida lecto,
Nec quererer tardos ire relicto dies,
Nec mihi, quærenti ſpatioſam fallere noctem,
Laſſaret uiduas pendula tela manus.
Quando ego non timui grauiora pericula ueris?
Res eſt ſolliciti plena timoris amor.
In te fingebam uiolentos Troas ituros,
Nomine in Hectoreo pallida ſemper eam.
Siue quis Antilochū narrabat ab Hectore uictū,
Antilochus noſtri cauſa timoris erat.
Siue Menœtiadem falſis cecidiße ſub armis,
Flebam ſucceßu poſſe carere dolos.
Sanguine Tlepolemus Lyciam tepefecerat haſtā,
Tlepolemi leto cura nouata mea eſt.
Denique quiſquis erat caſtris iugulatus Achiuis,
Frigidius glacie pectus amantis erat.
Sed bene conſuluit caſto Deus æquus amori:
Verſa eſt in cineres ſoſpite Troia uiro.
Argolici rediere duces, altaria fumant,
Ponitur ad patrios barbara præda deos.
Grata ferunt nymphæ pro ſaluis dona maritis:
Illi uicta ſuis Troica fata canunt.
Mirantur iuſtiq; ſenes, trepidæq; puellę:
Narrantis coniux pendet ab ore uiri.
Iamq; aliquis poſita monſtrat fera prælia menſa,
Pingit & exiguo Pergama tota mero.
Hac ibat Simois, hic eſt Sigeia tellus,
Hic ſteterat Priami regia celſa ſenis.

Precatur in paridem.

Lacedæmō Menelai regia in Laconia, a Lacedæmone Iouis filio.

Quā miſer eſt qui amat.

Antilochus Neſtoris filius nō ab Hectore, ſed Memnone interfectus. quare uerius legeres Amphimachum ab Hectore occiſum, vt ſcribit Homerus.

Tlepolemus. Herculis filius.

Patroclus Menæ'ii filius ſub Achillis armis ab Hectore occiſus

Hiperbole.

Curæ fuiſſe Himenæo quod optabat.

Aliarū fortunā commendādo, querelam ſuā iuſtiorem efficit, per digreſſionem geſta Troiæ narrat.

Antitheton.

Simois fluuius Troianus, Sygeus vero promontorium.

Aeacides Achilles, ab Aeaco auo.

Illic Aeacides, illic tendebat Vlysses,
   * Hic alacer missos terruit Hector equos
Omnia nanque tuo senior te quaerere misso
   Retulerat nato Nestor, at ille mihi.
Rettulit & ferro Rhoesumq;, Dolonaq; caesos;
   Vtq; sit hoc somno proditus, ille dolo.
Ausus es o nimium nimiumq; oblite tuorum,
   Thracia nocturno tangere castra dolo.
Totq; simul mactare uiros adiutus ab uno:
   At bene cautus eras, & memor antè mei.
Vsque metu micuere sinus, dum uictor amicum
   Dictus es Ismarijs isse per agmen equis.
Sed mihi quid prodest uestris disiecta lacertis
   Ilios? &, murus quod fuit antè solum?
Si maneo qualis Troia durante manebam.
   Virq; mihi dempto fine carendus abest:
Diruta sunt alijs, uni mihi Pergama restant,
   Incola captiuo quae boue uictor arat.
Iam seges est ubi Troia fuit, resecandaq; falce,
   Luxuriat Phrygio sanguine pinguis humus.
Semisepulto uirum curuis feriuntur aratris.
   Ossa, ruinosas occuli herba domos.
Victor abes, nec scire mihi quae causa morandi,
   Aut in quo lateas ferreus orbe licet.
Quisquis ad haec uertit peregrinā littora puppim?
   Ille mihi de te multa rogatus abit.
Quamq; tibi reddat, (si te modo uiderit usquam)
   Traditur huic digitis charta notata meis.
Nos Pylon antiqui Neleia Nestoris arua
   Misimus: incerta est fama remissa Pylo.

Alij, hic laser admissos.

Rhoesus Thraců Rex a Diomede, & Vlysse occisus.

Ismariis, Thraciis ab Ismaro monte.
Ilios Priami regia, ab Ilo Trois regis filio.

Phrygia, regio in qua est Troia.

Misimus & Sparten, Sparte quoque nescia ueri.
Quas habitas terras, aut vbi lentus abes?
Utilius starent etiam nunc mœnia Phœbi.
Irascor uotis heu leuis ipsa meis.
Scirem ubi pugnares, & tantum bella timerem,
Et mea cum multis iuncta querela foret.
Quid timeam, ignoro: timeo tamen omnia demens.
Et patet in curas area lata meas.
Quæcunq; æquor habet, quæcunq; pericula tellus,
Tam longæ caussas suspicor esse moræ.
Hæc ego dū stultè meditor, quę uestra libido est,
Esse peregrino captus amore potes.
Forsitan & narras, quam si tibi rustica coniux,
Quæ tantum lanas non sinit, esse rudes.
Fallar, & hoc crimen tenueis uanescat in auras,
Neue reuertendi liber abesse uelis.
Me pater Icarius uiduo discedere lecto
Cogit, & immensas increpat usque moras.
Increpet usque licet, tua sim, tua dicar, oportet:
Penelope coniux semper Vlyssis ero,
Ille tamen pietate mea, precibusq; pudicis
Frangitur, & uires temperat ipse suas.
Dulichij, Samijq;, & quos tulit alta Zacynthos;
Turba ruunt in me luxuriosa proci.
Inq; tua regnant nullis prohibentibus aura,
Viscera nostra tuæ dilacerantur opes.
Quid tibi Pisandrū Polybumq; Medontaq; dirū,
Eurimachiq; auidas, Antinoiq; manus,
Atq; alios referam? quos omneis turpiter absens
Ipse tuo partis sanguine rebus alis,

miserarum societas solatij loco est.

se a pellice timere insinuat uulgaris mulierum suspicio.

a constantia se commendat ab immodestia procorum suadet.

Dulichium Samos, zacynthos insulæ in mari Ionio siue Malioco, & Icario.

per exornationem rhetoricā procos commemorat.

Irus egens, pecorisq; Melanthus auctor edendi,
Ultimus accedunt in tua damna pudor.
Tres sumus imbelles numero, sine uiribus uxor,
Laertesq; senex, Telemachusq; puer.
Ille per insidias penè est mihi nuper ademptus,
Dum parat inuitis omnibus ire Pylon.
Dij precor hoc iubeant, ut, euntibus ordine fatis,
Ille meos oculos comprimat, ille tuos,
Hoc faciunt custosq; boum, longæuaq; nutrix,
Tertius immundæ cura fidelis harę.
Sed neque Laertes, ut qui sit inutilis annis,
Hostibus in medijs regna tenere potest.
Telemacho ueniet, uiuat modò, fortior ætas:
Nunc erat auxilijs illa tuenda patris.
Nec mihi sunt uires inimicos pellere tectis:
Tu citius uenias, ortus, & aura tuis.
Est tibi, sitq; precor, natus qui mollibus annis.
In patrias arteis erudiendus erat;
Respice Laertem, ut iam sua lumina condas,
Extremum fati sustinet ille diem
Certè ego, quę fueram, te discedente, puella,
Protinus ut redeas, facta uidebor anus.

Irus Ithacensis mendicus nūc pro quouis paupere.
Melā thus aut pastor, aut lonius.
pathos ab ætate & sexu. solebant sanguine propinquiores, oculos claudere.

metaphora a nautis mouet pietatem a persona filij, aui, & sua.

IN SECVNDAM EPIST.

ARGVMENTVM.

Demophoō Thesei & Phædræ filius, a bello Troiano in patriā rediēs, maris tēpestatibus in Traciā dela-

tus a Phyllide, Lycurgi & Crustumenæ filia, quæ tunc Traciæ imperabat, hospitio & lecto benigne susceptus est, & cum aliquandiu secum fuisset, audita morte Menesthei, qui post eiectum ex urbe Athenarum patrem Thesea, imperiū occupauerat, regni cupidine captus, Phylidi fide data, se intra mensem rediturum, fingens se ad res suas componendas ire, resarcitis nauibus, Athenas petijt: neque de redditu curauit. Quatuor itaque exactis mensibus, Phyllis epistolam hanc scripsit: in qua suadet, ut beneficiorum memor, seruatis sponsionibus in fide persistat, quod si negligat, uiolatū pudorem crudeli morte compensare minatur.

PHYLLIS DEMOPHOONTI.

Possessiuum a Rhodope monte Thraciæ. Synecdoche.

Hospita Demophoon tua te Rodopeia Phyllis
Vltra promissum tempus abesse queror.
Cornua cum lunæ pleno semel orbe coissent,
Littoribus nostris anchora pacta tua est.
Luna quater latuit, toto quater orbe recreuit,
Nec uehit Actæas Sytonis unda rates.
Tēpora si numeres, bene quæ numeramus amātes;
Non uenit ante suam nostra querela diem.
Spes quoq; lenta fuit: tardè, quæ credita lædunt,
Credimus: inuita nunc & amante nocent.
Sæpe fui mendax pro te, mihi sæpe putaui.
Alba procellosos uela referre Notos.
Thesea deuoui, quia te dimittere nollet;
Nec tenuit cursus forsitan ille tuos.

Hebrus fluuius Thraciæ rapidissimus.

Interdum timui, ne dum uada tendis ad Hebri,
Mersa foret cana naufraga puppis aqua.

Sæpe

Sæpe deos supplex, ut tu scelerate ualeres
Sum prece turicremis deuenerata focis
Sæpe uidens uentos, cęlo, pelagoq; fauentes,
Ipsa mihi dixi, Si ualet, ipse uenit.
Deniq; fidus amor, quidquid properātibus obstat,
Finxit, & ad causas ingeniosa fui.
At tu lentus abes, nec te iurata reducunt
Numina, nec nostro motus amore redis.
Demophoon uentis & uerba, & uela dedisti:
Vela queror reditu, uerba carere fide.
Dic mihi, quid feci, nisi non sapienter amaui?
Crimine te potui demeruisse meo.

Ironice simplicitatem crimē uocat.

Vnum in me scelus est, quod te scelerate recepi:
Sed scelus hoc meriti pondus & instar habet.
Iura, fides ubi nunc, commissaq; dextera dextræ
Quinque erat in falso plurimus ore Deus?
Promissus socios ubi nunc Hymenæus in annos?
Qui mihi coniugij sponsor, & obses erat?
Per mare, quod totum uentis agitatur, & undis,
Per quod sæpe ieras, per quod iturus eras:
Perq; tuum mihi iurasti (nisi fictus, & ille est)
Concita qui uentis æquora mulcet auum
Per Venerem, nimiumq; mihi facientia tela,
Altera tela arcus, altera tela faces:

Cupido amoris Deus.
Hymenæus Liberi, siue Bacchi & Veneris filius, nuptiarū Deus.
Demophoōtis iusiuranda cōmemorat.
Neptunum intelligit.
Periphrasis de Cupidine.

Iunonemq; toris quę pręsidet alma maritis,
Et per tedifera mystica sacra deæ.
Si de tot lęsis sua numina quisque deorum
Vindicet, in pœnas non satis unus erit.
Ah laceras etiam puppes furiosa refeci,
Vt qua desererer, firma carina foret.

Geres tedifera in se culpam reijcit.

Remigiumq;

Remigeumq; dedi, quo me fugiturus abires.
Heu patior telis uulnera facta meis.
Credidimus blandis, quorum tibi copia, uerbis:
Credidimus generi, numinibusq; tuis.
Credidimus lacrymis: an & hæ simulare docentur?
Hæ quoq; habent artes, quaq; iubentur, eunt.
Dijs quoq; credidimus: quid iā tot pignora nobis?
Parte satis potui qualibet inde capi.
Nec moueor, quod te iuui portuq;, locoq;:
Debuit hæc meriti summa fuisse mei.
Turpiter hospitium lecto cumulasse iugali
Pœnitet, & lateri conseruisse latus.
Quę fuit ante illam, mallem suprema fuisset.
Nox mihi, dum potuit Phyllis honesta mori.
Speraui melius, quia te meruisse putaui:
Quæcunque ex merito spes uenit, æqua uenit.
Fallere credentem est operosa puellam
Gloria: simplicitas digna fauore fuit.
Sum decepta tuis & amans, & fœmina uerbis:
Dij faciant, laudis summa sit ista tuæ.
Inter & Aegidas media statuaris in urbe,
Magnificus titulis stet pater ante suis.
Cum fueris *Scyron lectus, toruusq; Procrustes,
Et *Schynis, & tauri, mistaq; forma uiri:
Et domitę bello Thebæ, fusiq; bimembres,
Et pulsata nigri regia cæca Dei:
Hoc tua post illos titulo signetur imago,
Hic est cuius amans hospita capta dolo est.
De tanta rerum turba, factisq; parentis
Sedit in ingenio Cressa puella tuo.

per colorē rhetoricum beneficia obiectat.

quam honestis simus uerbis rē ueneream exprimit.

Sentētia credulitatē excusat.

imprecatio loco ultionis.

Thesei gesta latrones in Attica.

Thebarum rex.

Minotaurus

Creontes Centauri à Theseo superati.

Ariadne a Theseo in Naxo insula derelicta Baccho nupsit.

Quod ſolum excuſat, ſolum miraris in illo,
Hæredem patriæ perfide fraudis agis.
Illa (nec inuideo) fruitur meliore marito,
Inq́; capiſtratis tigribus alta ſedet.
At mea deſpecti fugiunt connubia Thraces,
Quod feror externum præpoſuiſſe meis,
Atq; aliquis, doctas iã nũc eat (inquit,) Athenas
Armiferan Thracen qui regat, alter erit.
Exitus acta probat, careat ſucceßibus opto,
Quiſquis ab euentu facta notanda putat.
At ſi noſtra tuo ſpumeſcant æquora remo:
Iam mihi, iam dicar conſuluiſſe meis.
Sed neque conſului, nec te mea regia tangit;
Feſſaq́; Biſtonia membra lauabis aqua.
Illa meis oculis ſpecies abeuntis inhæret.
Cum premeret portus claßis itura meos.
Auſus es amplecti, colloq́; infuſus amantis
Oſcula per longas iungere preßa moras.
Cumq́; tuis lacrymis lacrymas cõfundere noſtras:
Quodq́; foret uelis aura ſecunda, queri.
Et mihi diſcedens ſuprema dicere uoce:
Phylli, fac expectes Demophoonta tuum.
Expectem, qui me nunquam uiſurus abiſti?
Expectem pelago uela negata meo?
Et tamen expecto, redeas modò ferus amanti.
Vt tua ſit ſolo tempore lapſa fides.
Quid precor infelix? iam te tenet altera coniux
Forſitan, & nobis qui male fauit amor.
Vtq́; tibi excidimus, nullã (puto,) Phyllida noſti:
Hei mihi, ſi quæ ſim Phyllis, & vnde rogas.

Tigres Bacchi currum agunt. quia ſunt animalia ſitibunda.

periphraſis.

de reditu deſperat.

Biſtonis, lacus Thraciæ.

ſimulatas blanditias arguit.

Quæ

Beneficia in Demophoontem.

Quæ tibi Demophoon longis erroribus acto,
Threicios portus, hospitiumq; dedi.
Cuius opes auxere meæ, cui diues egenti
Munera multa dedi, multa datura fui.

Regni amplitudo.

Quæ tibi subieci latissima regna Lycurgi,
Nomine fœmineo uix satis apta regi.

Hæmus mons inter Thraciã & Thessaliam.

Qua patet umbrosũ Rhodope glacialis ad Hæmũ
Et sacer admissas exigit Hebrus aquas.
Cui mea uirginitas auibus libata sinistris,
Castaq; fallaci zona recincta manu.

Zona cingebãtur uirgines, quæ nisi a marito prima nocte soluebatur, hinc soluere zonam, uirginitatem amittere.

Pronuba Tisiphone thalamis ululauit in illis,
Et cecinit mæstum deuia carmen auis.
Affuit Alecto breuibus torquata colubris,
Suntq; sepulchrali lumina mota face.

Amoris uis.

Mæsta tamen scopulos, fruticosaq; littora calco,
Quæq; patent oculis æquora lata meis.
Siue die laxatur humus, seu frigida lucent
Sydera prospicio, quis freta uentus agat.
Et quęcunque procul uenientia lintea uidi,
Protinus illa meos auguror esse deos.

Auget commiserationem.

In freta procurro uix me retinentibus undis:
Mobile qua primas porrigit æquor aquas.
Quò magis accedunt, minus & minus utilis asto;
Linquor, & ancillis excipienda cado.
Est sinus adductos modicè falcatus in arcus,
Vltima prærupta cornua mole rigent.
Hinc mihi suppositas immittere corpus in undas
Mens fuit: & quoniam fallere pergis, erit.
Ad tua me fluctus proiectam litora portent,
Occurramq; oculis intumulata tuis.

Duri-

Duritia ferrum ut ſuperes, adamantaq; teq;
Non tibi ſic, dices, Phylli, ſequendus eram.
Sæpe uenenorum ſitis eſt mihi, ſæpe cruenta
Traiectam gladio morte perire iuuat.
Colla quoque infidis quæ ſe nectenda lacertis
Præbuerant, laqueis implicuiſſe iuuat.
Stat nece matura tenerum penſare pudorem,
In necis electu parua futura mora eſt.
Inſcribere meo cauſa inuidioſa ſepulchro,
Aut hoc, aut ſimili carmine notus eris:
Phyllida Demophoon leto dedit hoſpes amantem:
Ille necis cauſam præbuit ipſa manum.

Variis mortis generibus mortem ſibi minatur.

Hoc mortis genere perijt.

Phyllidis epitaphium.

IN III. EPIST. ARGVM.

Poſtquam Græci Phrygiam appulerũt, urbes Troiæ finitimas, & præcipue quæ Lesbo inſulæ erant oppoſitæ, hoſtili more cœperunt depopulari, inter quos Achilles, Pelei & Thetidis filius, vtranq; Ciliciã, & Thebanam, atq; Lyrneſiã inuaſit. Expugnato itaq; Chryneſio oppido, duas inſignes ſecũ uirgines abduxit, Aſtmionẽ, Chryſes ſacerdotis Smynthei Apollinis filiã, & Hippodamiam, Briſeis natã: quæ deinde a paternis nominibus fuerunt cognominatæ; Chryſem aũt Agamemnoni, Græcorum principi, conceſſit, & Briſeida ſibi reſeruauit. Sed cum iam deorum iuſſu cogeretur Agamemnõ, Chryſen patri reſtituere, Briſeida Achilli ſurripuit. Quãobrẽ indignatus Acchilles diua bello abſtinuit, nec vllius ſuaſione, uel precibus ad arma aduerſus Troianos ſumenda animari potuit: nec poſtea Briſeida accipere curauit, quãuis illi Agamẽnõ cũ maximis muneribus ultro miſiſſet, quare Briſeis ad eum hanc epiſtolã mittit, in qua conqueritur de eius nimia

ira:

Ira, rogatq; ut sumat arma aduersus Troianos: dūmodo iā prius ab Agamemnone ultro oblatam recipiat.

BRISEIS ACHILLI,

a fortuna commiseratio.

QVam legis, a rapta Briseide littera venit.
Vix bene barbarica Græca notata manu.
Quascunque aspicies, lacrymæ fecere lituras:
Sed tamen hæ lacrymæ pondera uocis habent.

non licebat seruis de dominis conqueri.

Si mihi pauca queri de te dominoq; uiroq;
Fas est: de domino pauca, uiroq; querar.
Non ego poscenti quòd sum citò tradita regi,
Culpa tua est, quāuis hæc quoq; culpa tua est.

Agamemnonis ministri.

Nam simul Eurybates me, Talthybiusq; uocarūt;
Eurybati data sum, Talthybioq; comes.
Alter in alterius iactantes lumina uultum,
Quærebant taciti, noster ubi esset amor.
Differri potui, pænę mora grata fuisset.
Hei mihi, discedens oscula nulla dedi.
At lacrymas sine fine dedi, rupiq; capillos:
Infelix iterum sum mihi uisa rapi.
Sæpe ego decepto uolui custode reuerti:
Sed, me qui timidam prenderet, hostis erat.
Si progressa forem, caperer ne nocte timebam,
Qualibet ad Priami munus itura nurum.
Sed data sum, quia danda fui: tot noctibus absum;
Nec repetor. cessas, iraq; lenta tua est.

patroclus ad Briseida. stomachosa ironia.

Ipse Menœtiades tunc, cum tradebar, in aurem.
Quid fles? hic paruo tempore, dixit, eris.
Nō repetisse parū est, pugnas, ne reddar, Achille:
I nunc, & cupidi nomen amantis habe.

Venerunt

Venerunt ad te Telamone, & Amyntore nati: Aiax Telamonis, filius, Phœnis uerò Amyntoris, & Vlysses, Agamemnonis, legatis.
Ille gradu proprior sanguinis, ille comes;
Laerteq; satus, per quos comitata redirem:
Auxerunt blandas grandia dona preces.
Viginti fuluos operoso ex ære lebetes, Agamemnonis dona ab Achille spreta.
Et tripodas septem pondere, & arte pares.
Addita sunt illis auri bis quinque talenta,
Bisseni assueti uincere semper equi.
Quodq; superuacuum est, forma præstante puellæ
Lesbides, euersa corpora capta domo. patronymicum a loco.
Cumq; tot his (sed nō opus est tibi coniuge) cōiux
Ex Agamemnonis una puella tribus.
Si tibi ab Atrida pretio redimenda fuissem, a maiori argumentum.
Quæ dare debueras, accipere illa negas.
Qua merui culpa fieri tibi uilis, Achille? Agamemnon Atrei filius.
Quo leuis à nobis tam cito fugit amor?
An miseros tristis fortuna tenaciter urget?
Nec uenit inceptis mollior aura meis?
Diruta Marte tuo Lyrnesia mœnia uidi, Lyrnesus, Ciliciç oppidum unde rapta fuit Briseis.
Et fueram patriæ pars ego magna meæ.
Vidi consortes pariter generisq;, necisq;
Treis cecidisse, tribus quæ mihi mater erat. Minetes Briseidos maritus.
Vidi (quantus erat) fusum tellure cruenta,
Pectora iactantem sanguinolenta uirum:
Tot tamen amissis, te compensauimus unum.
Tu dominus, tu uir, tu mihi frater eras.
Tu mihi iuratus per numina matris aquosæ, iuratus actiue.
Vtile dicebas ipse fuisse capi.
Scilicet ut, quamuis ueniam dotata, repellar, ironia.
Et mecum fugias, quæ tibi dantur, opes.

alias, eos. *alias, linea vela.*

*Quinetiam fama est, cum crastina fulserit * hora,*
*Te dare nubiferis * lintea plena Notis,*
Qd scelus ut pauidas misere mihi contigit aures,
Sanguinis, atque animi pectus inane fuit.
Ibis, & ò miseram cui me uiolenter relinques?

A profectione dissuadet, ab imprecatione pathos.

Quis mihi desertæ mite leuamen erit?
Deuorer ante præcor subito telluris hiatu,
Aut rutilo missi fulminis igne cremer:

Phthia Achillis Patrie in Thessalia.

Quàm sine me Phtijs canescant æquora remis.
Et uideam puppes ire relicta tuas.
Si tibi iam reditusq; placent, patrijq; penates,
Non ego sum classi sarcina magna tuæ.

A facili suadet ab extenuatione fortunæ pathos.

Victorem captiua sequar, non nupta, maritum;
Est mihi, quæ lanas molliat apta manus.
Inter Achaiadas longè pulcherrima matres

Achaiadas Græcas, ab Achaia regione Græciæ.

In thalamos coniux ibit, eatq; tuos.
Digna nurus socero Iouis, Æginæq; nepote,

Iupiter ex Aegina, Esopi filia, Aeacum Pelei patrem genuit.

Cuiq; senex Nereus prosocer esse uelit.
Nos humiles famulæq; tuæ data pensa trahemus,
Et minuent plenas stamina nostra colos.
Exagitet ne me tantum tua deprecor vxor,

Cyron in nuptijs Thetidis filiæ Nereus vocatus est.

Quæ mihi nescio quo non erit æqua modo.
Ne ue meos coram scindi patiare capillos,
Et leuiter dicas: Hæc quoque nostra fuit.

Commiserationem auget.

Vel patiare licet, dum ne contempta relinquar,
Hic mihi uæ miseræ coneutit ossa metus
Quid tamen expectas? Agamemnona pęnitet irę,
Et iacet ante tuos Græcia mœsta pedes.

Achillis inexorabilitatem arguit.

Vince animos, iramq; tuam, qui cætera uincis:
Quid lacerat Danaas impiger Hector opes?

Arma

Arma cape Aeacide, sed me tamen ante recepta,
Et preme turbatos, Marte fauente, uiros.
Propter me mota est, propter me desinat ira.
Simq; ego tristitiæ caussa, modusq; tuę.
Nec tibi turpe puta precibus succumbere nostris,
Coniugis Oenides uersus in arma prece est.
Res audita mihi, nota est tibi: fratribus orba
Deuouit nati spemq; caputq; parens.
Bello erat ille ferox, positis secessit ab armis,
Et patriæ rigida mente negauit opem.
Sola uirum flexit coniux, felicior illa,
At mea pro nullo pondere uerba cadunt.
Nec tamen indignor, nec me pro coniuge gessi,
Sępius in domini serua uocata torum.
Me quædam (memini) dominam captiua uocabat,
Seruitio (dixi) nominis addis onus.
Per tamen ossa uiri subito malè tecta sepulcro,
Semper indicijs ossa uerenda meis:
Perq; trium forteis animas (mea numina) fratrum,
Qui bene pro patria, cum patriaq; iacent.
Perq; tuum, nostrumq; caput, quod iũximus una,
Perq; tuos enses, cognita tela meis:
Nulla Mycenæum sociasse cubilia mecum
Iuro: fallentem deseruisse velis.
Si tibi nunc dicam, fortissime tu quoque iura,
Nulla tibi sine me gaudia facta: neges.
At Danai mœrere putant: tibi plectra mouentur,
Te tenet in tepido mollis amica sinu.
Et si quis quærat, quare pugnare recuses?
Pugna nocet: citharæ, noxq;, Venusq; iuuant.

Argumentatur ab exemplo Meleagri Oenei, & Althęæ filij: quem sola cõiux Cleopatra flexit in arma aduersus aprũ Calydonium, patriam suam vastantem.

Impudicitiæ suspicionẽ adiuratione delet.

Appositio.

Mycenæus, Agamemnon a Mycenis, urbe Græciæ.

Illum cõtumelijs ad arma aduocat.

Alludit ad cytharã Orphei.

Tutius est iacuisse toro, tenuisse puellam,
Threiciam digitis increpuisse lyram;
Quàm manibus clypeos, & acutæ cuspidis hastam,
Et galeam pressa sustinuisse coma.
Sed tibi pro tutis insignia facta placebant,
Partaq; bellando gloria dulcis erat.
An tantùm, dum me caperes, fera bella probabas?
Cumq; mea patria laus tua victa iacet?
Dij melius, validoq; precor vibrata lacerto
Transeat Hectorem Pelias hasta latus.

Ad Græcos apostrophat.

Mittite me Danai, dominum legata rogabo,
Mistaq; mandatis oscula multa feram.
Plus ego q̃ Phœnix, plus quàm facundus Vlysses,
Plus ego, quàm Teucri (credite) frater agam.
Est aliquid solitis collum tetigisse lacertis,
Præsenteisq; oculos admonuisse sinu.

Ad Achillem dedit

Sis licet immitis, matrisq; ferocior undis,
Vt taceam, lacrymis comminuere meis.
Nunc quoq; (sic oẽs Peleus pater impleat annos,
Sic eat auspicijs Pyrrhus ad arma tuis)

Pyrrhus Achillis filius ex Deidamia.

Respice sollicitam Briseida fortis Achille,
Nec miseram lenta ferreus vre mora.

Per commiserationem obsecratio.

Aut si versus amor tuus est in tædia nostri,
Quam sine te cogis uiuere, coge mori.
Vtq; facis, coges: abijt corpusq; colorq;
Sustinet hoc animæ, spes tamen una tui.

Sic Aeneas apud Virgilium. Nullum memorabile nomẽ Fœminea in pœna est, nec hẽt uictoria laudem.

Qua si destituar, repetam fratresq; virumq;
Nec tibi magnificum fœmina iussa mori.
Cur autem iubeas? stricto pete corpora ferro,
Est mihi, qui fosso pectore sanguis eat.

Me

Me petat ille tuis, qui (si Dea passa fuisset)
Ensis in Atridæ pectus iturus erat.
At potius serues nostram, tua munera, uitam:
Quod dederas hosti uictor, amica rogo.
Perdere quos melius possis, Neptunia præbent
Pergama: materiam cædis ab hoste pete.
Me modo siue paras impellere remige classem,
Siue manes, domini more uenire iube.

Pallas Agamẽnonem ab Achille liberauit. A maiori arguit.

Votorum summa.

IN IIII. EPIST. ARGVM.

Theseus, Ægei filius, interempto Minotauro, Ariadnem, Minois & Pasiphaes filiã, quã ob opẽ sibi pstitam. vxorẽ accepturũ promiserat, simul cũ Phædra eius sorore naui imposita, secũ abduxit. Verũ Bacchi admonitione in Naxo, siue, ut alij uolũt, in Chio insula Ariadne relicta, Phædrã duxit: quę deinde absente Theseo in Hippolyti priuigni, quem ex Hippolyte Amazone acceperat, amorem exarsit. Qui cum cælibem ducẽs uitã sese venando exerceret, nec posset uti illius colloquio; hac epistola amorem suũ indicauit: in qua illũ callidis suasionibus ad sui amorem flectere conatur. Et cũ turpe sit priuignum a nouerca de stupro interpellari, principium ex insinuatione sumpsit, in hunc modum.

PHAEDRA HIPPOLYTO.

Qua, nisi tu dederis, caritura est ipsa, salutem
Mittit Amazonio Cressa puella uiro.
Perlege quodcũq; est: quid epistola lecta nocebit?
Te quoq; in hac aliquid, quod iuuet, esse potest.
His arcana notis terra, pelagoq; feruntur,
Inspicit acceptas hostis ab hoste notas,

A fortiori suadet.

Obiectioni occurrit.

Ter tecum conata loqui, ter inutilis hæsit
Lingua: ter in primo destitit ore sonus.
Qua licet, & sequitur, pudor est miscendus amori:
In Cupidinem culpam reijcit. Dicere quæ puduit, scribere iussit amor.
Quicquid amor iußit, non est contemnere tutum:
* superos. Regnat, & in * dominos ius habet ille Deos.
Ille mihi primo dubitanti scribere, dixit,
Scribe: dabit victas ferreus ille manus.
Adsit, & ut nostras auido fouet igne medullas,
Figat sic animos in mea vota tuos.
Non ego nequitia socialia fœdera rumpam,
Fama (velim quæras,) crimine nostra vocat,
Se purgãdo ad rem descendit. Venit amor grauius, quò serius vtimur intus:
Vrimur, & cæcum pectora uulnus habent.
apta similitudo Scilicet, vt teneros lædunt iuga prima iuuencos,
Frenaq; vix patitur de grege captus equus:
Sic malè, vixq; subit primos rude pectus amores,
Sarcinaq; hæc animo non sedet apta meo.
Ars fit, vbi à teneris crimen condiscitur annis:
Quæ venit exacto tempore, peius amat.
Tu noua seruatę carpes libamina famæ,
Et pariter nostrum fiet vterq; nocens,
In se matrimoniale pudicitiã commendat. Est aliquid, plenis pomaria carpere ramis,
Et tenui primam deligere vngue rosam.
Thesei auctoritate minuit, ab eodem studio, atque voluntate Hippolytum sibi conciliat. Studiorũ.n. cõformitas multum ad amorẽ facit. Sic tamen ille prior (quo me sine crimine geßi)
Candor ab insolita labe notandus erat.
At bene successit, digno quòd adurimur igne,
Peius adulterio turpis adulter obest.
Sic mihi concedat Iuno, fratremq;, virumq;,
Hippolytum videor præpositura Ioui,

Iam

Iam quoque (vix credes) ignotas mittor in artes:
Est mihi per sæuas impetus ire feras.
Iam mihi prima dea est, arcu præsignis adunco:
Delia, iudicibus subsequar ipsa tuam.
In nemus ire libet, pressisq; in retia ceruis,
Hortari celeris per iuga summa canes.
Aut tremulum excusso iaculum uibrare lacerto,
Aut in graminea ponere corpus humo.
Sæpe iuuat versare leueis in puluere currus,
Torquentem frænis ora fugacis equi.
Nunc feror, ut Bacchi furijs Eleleides actæ,
Quæq; sub Idæo tympana colle mouent.
Aut quas semideæ Dryades, Fauniq; bicornes
Numine contactas attonuere suo.
Namque mihi referunt (cùm se furor ille remisit)
Omnia: me tacitam conscius vrit amor.
Forsitan hunc fato generis reddamus amorem,
Et Venus ex tota gente tributa petit:
Iuppiter Europam (prima est ea gentis origo)
Dilexit: tauro dissimulante Deum.
Pasiphae mater decepto subdita tauro,
Enixa est vtero crimen, onusq; suo.
Perfidus Aegides ducentia fila secutus,
Curua meæ fugit tecta sororis ope.
En ego nunc, ne forte parum Minoia credar,
In socias leges ultima gentis eo.
Hoc quoq; fatale est: placuit domus una duabus,
Me tua forma capit, capta parente soror.
Thesides, Theseusq; duas rapuere sorores,
Ponite de nostra bina trophæa domo.

Diana uenationis Dea, a Delo insula, in qua nata est, Delia dicta.

Bachus Eleus ab Elea urbe, in qua plurimũ colebatur: hinc Eleides bacchãtes. Orgia Cybeles sub Ida mõte Phrygiæ, ministris tympana pulsantibus discurrendo celebrabantur.

Culpã reijcit in fatum ob Veneris, & Martis adulterium, a Sole indicatũ: nefandos. n. amores in omnẽ Solis progeniẽ immisit Venus.

Iupiter in taurum ex Europa Agenoris filia, Minoen genuit.

Aegides, Theseus filius Aegei.

Eleusis in Attica, in qua Cereri sacra celebrabantur.
Gnossia Cretæ oppidum.
ad habitum & formã transit.

Tempore, quo nobis inita est Cerealis Eleusis,
Gnossia me vellem detinuisset humus.
Tunc mihi præcipuè (nec nõ tamen antè placebas)
Acer in extremis oßibus hæsit amor.
Candida uestis erat, præcincti flore capilli,
Flaua uerecundus tinxerat ora rubor.
Quemq; uocant aliæ uultum rigidumq; trucemq;,
Pro rigido (Phędra iudice) fortis erat.
SINT *procul à nobis iuuenes, ut fęmina, compti:*
Fine coli modico forma uirilis amat:
Te tuus iste rigor, positiq; sine arte capilli,
Et leuis egregio puluis in ore decet.
Siue ferocis equi luctantia colla recuruas,
Exiguo flexos miror in orbe pedes.
Seu lentum valido torques hastile lacerto,
Ora ferox in se uersa lacertus habet.

Hipp. exercitia probat.

Siuę tenes lato uenabula cornea ferro:
Deniq; nostra iuuat lumina quidquid agis.
Tu modo duritiem syluis depone iugosis:
Non sum materia digna perire tua.
Quid iuuat incinctæ studia exercere Dianæ,
Et Veneri numeros eripuisse suos?

Sententia. exemplo propositũ firmat.
Aurora Cephalum, Aeoli filiũ Tithono marito suo spreto, adamauit.

QVOD *caret alterna requie, durabile non est:*
Hæc reparat uires, feßaq; membra leuat.
Arcus & arma tuæ tibi sint imitanda Dianæ:
Si nunquam ceßes tendere, mollis erit.
Clarus erat Cephalus syluis, multæq; per herbas
Conciderant illo percutiente feræ:
Nec tamen Auroræ malè se præbebat amandum.
Ibat ad hunc sapiens a sene diua viro.

Sæpe

Sæpe sub ilicibus Venerem, Cinaraq; creatum,
Sustinuit positos qualibet herba duos.
Arsit & Oenides in Mænalia Atalanta:
Illa feræ spolium pignus amoris habet.
Nos quoq; iam primum turba numeremur in ista:
Si Venerem tollas, rustica sylua tua est.
Ipsa comes ueniam, nec me salebrosa mouebunt
Saxa, nec obliquo dente timendus aper.
Aequora bina suis oppugnant fluctibus Isthmon,
Et tenuis tellus audit vtrumque mare.
Hic tecum Træzena colam Pitheia regna,
Iam nunc & patria carior illa mea est.
Tempore abest, aberitq; diu Neptunius heros:
Illum Pirythoi detinet ora sui.
Præposuit Theseus (nisi nos manifesta negamus)
Pirythoum Phædræ, Pirythoumq; tibi.
Nec sola hæc ad nos iniuria uenit ab illo,
In magnis læsi rebus vterq; sumus.
Ossa mei fratris claua perfracta trinodi
Sparsit humi, soror est præda relicta feris.
Prima securigeras inter virtute puellas
Te peperit, nati digna fauore parens.
Si quæras, vbi sit Theseus latus ense peregit:
Nec mater tanto pignore tuta fuit.
At nec nupta quidem, tedaq; accepta iugali:
Cur? nisi ne caperes regna paterna nothus?
Addidit & fratres ex me tibi, quos tamen omnes
Non ego tollenda caussa, sed ille fuit.
O utinam nocitura tibi pulcherrime rerum,
In medio nixu uiscera rupta forent.

Venus Adonē, Cinaræ filium, dilexit.

Oenei filius Atalantam Arcadicam, Schœnei filiam, dilexit, cui apri Calydonii caput in fidem amoris dedit.

Isthmos insula inter Ioniū, & Aegeum mare.

Trœzen urbs iuxta Isthmon, ubi Pitheus, Thesei maternus auus, regnauit.

Theseus Neptuni nepos.

Pirithous & Theseus numerantur inter quattuor amicorū paria.

Minotaurum intelligit.

Ariadne.

Amazones securi utebantur.

in Thesei odiū Hip. uertere nititur, graues iniurias narrādo.

Demophoō, & Antigonus Thesei, & Phædræ filij.

Ironia. *I nunc, & meriti lectum reuerere parentis,*
Quem fugit, & factis abdicat ille suis.
ad obiectum responsio. *Nec, quia priuigno uidear coitura nouerca,*
Terruerint animos nomina uana tuos.
callide suadet. *Ista vetus pietas, æuo moritura futuro,*
Rustica Saturno regna tenente fuit.
Saturnus perijt: perierunt & sua iura:
Sub Ioue nunc mundus: iussa sequare Iouis.
Iupiter esse pium statuit, quodcunque iuuaret,
Et fas omne facit fratre marita soror.
Illa coit firma generis iunctura catena,
Imposuit nodos cui Venus ipsa suos.
Nec labor est celare (licet) pete munus ab illa,
Cognata poterit nomine culpa tegi.
Viderit amplexus aliquis: laudabimur ambo:
Dicar priuigno fida nouerca meo.
A facili. *Non tibi per tenebras duri reseranda mariti*
Ianua, nec custos decipiendus erit.
Vt tenuit domus vna duos, domus una tenebit,
Oscula aperta dabas, oscula aperta dabis.
Tutus eris mecum, laudemq; merebere culpa,
Tu licet in lecto conspiciare meo.
Tolle moras tantum, properataq; fœdera iunge:
Qui mihi nunc sæuit, sic tibi parcat amor.
Non ego dedignor supplex humilisq; precari:
Heu, ubi nunc fastus, altaq; uerba iacent?
commiseratio a genere. *Et pugnare diu, nec me summittere culpæ,*
Certa fui, certi si quid haberet amor,
Victa precor, genibusq; tuis regalia tendo
Brachia: quid deceat, non uidet ullus amans.

Depu-

Depuduit, profugusq; pudor sua signa reliquit,
Da ueniam fassæ duraq; corda doma.
Quòd mihi sit genitor, qui poßidet æquora Minos,
Quòd ueniant proaui fulmina torta manu; Iouem intelligit Sol.
Quòd sit auus, radijs frontem uallatus acutis,
Purpureo tepidum qui mouet axe diem:
Nobilitas sub amore iacet: miserere priorum,
Et mihi si non uis parcere, parce meis.
Et mihi dotalis tellus Iouis insula Crete. ab utili suasio.
Seruiat Hippolyto regia tota meo.
Flecte feros animos, potuit corrumpere taurum
Mater: eris tauro sæuior ipse truci? a maiori.
Per Venerem parcas oro, quæ plurima mecum est,
Sic nunquam, quæ te spernere possit, ames. adiurationem comprecationibus ornat.
Sic tibi secretis agilis dea saltibus adsit,
Syluaq; perdendas præbeat alta feras: Diana.
Sic faueant Satyri, montanaq; numina Panes,
Et cadat aduersa cuspide fossus aper.
Sic tibi dent nymphæ, quamuis odisse puellas auget commiserationem.
Diceris, arentem quæ leuet unda sitim.
Addimus his precibus lacrymas, quoq; uerba precantis:
Perlegis, & lacrymas finge uidere meas.

IN V. EPIST. ARGVM.

Cũ Hecuba, Cyssei filia, & Priami uxor grauida esset, ardẽtẽ facẽ totã Troiam cõburentẽ se parere somniauit. Territus itaq; Priamus, oraculũ cõsuluit, à quo cum accepisset oriturũ filiũ, q patriæ esset exitio; quã primum partus ederetur, ius sit interfici. Hecuba uera cũ puerũ, q postea Paris dictus est, peperisset, materna pietate mota, pastoribus regijs clam alẽdum mãdauit.

is autē, cum iam adolesceret, Oenonem nymphā adamauit, atque, ut aliquibus placet, in uxorem duxit. sed cū Iuno, Pallas, & Venus de pulchritudine cōtēderent, propter aureū pomū, in quo scriptum erat, Detur pulchriori; a Ioue ad Paridis arbitrium remissæ sūt: cui cū Iuno regnum, Pallas sapientiam, Venus uoluptatem & mulierum pulcherrimā promisisset, pro Venere sententiam tulit. Qui deinde a patre cognitus, & in gratiā susceptus, Sparten nauigans Helenam, Menelai uxorem, rapuit: eamq; Troiā abduxit. Quod cū Oenone rescivisset, hac epistola de eius perfidia conquerendo, Helenam Græcis reddi, & se recipi suadet.

OENONE PARIDI.

multi hęc duo carmina adscripta spuria dicunt.

Nympha suo Paridi, quãuis suus esse recusat,
Mittit ab Idęis uerba legenda iugis.
Perlegis? an coniux prohibet noua? perlege: nō est
Ista Mycenæa littera scripta manu.
Pegasis Oenone Phrygijs celeberrima syluis

Pegasis nympha, a Pegaso fonte.

Læsa queror de te (si sinis ipse) meo.
Quis Deus oppoſuit nostris sub numina uotis?
Ne tua permaneam, quod mihi crimen obest?
Leniter, ex merito quidquid patiare, ferendum est:
Quæ uenit indignè, pœna dolendā uenit.

In Paridem beneficia Xanthus.

Non dum tantus eras, cùm te contenta marito
Edita de Magno * flumine nympha fui.
Qui nunc Priamides (adsit reuerentia uero)
Seruus eras, seruo nubere nympha tuli.
Sæpe greges inter requieuimus arbore tecti,
Mistaq; cum folijs præbuit herba torum.
Sæpe super stramen, fœnoq; iacentibus alto
Depressa est humili cana pruina casa.
Quis tibi monstrabat saltus uenatibus aptos,

Et

Et tegeret catulos qua fera rupe suos?
Retia sæpe comes maculis distincta tetendi,
Sæpe citos egi per iuga summa canes.
Incisę seruant à te mea nomina phagi,
Et legor Oenone falce notata tua.
Et quantùm trunci, tantùm mea nomina crescunt:
Crescite, & in titulos surgite rite meos.
Populus est (memini) fluuiali consita ripa,
Est in qua nostri littera scripta memor.
Popule uiue precor, quæ consita margine ripæ, ad arborē apostrophat.
Hoc in rugoso cortice carmen habes:
Cùm Paris Oenone poterit spirare relicta,
Ad fontem Xanthi uersa recurret aqua. Paridis carmen
Xanthę retrò propera, uersæq; recurrite lymphæ, apostrophe ad Xanthum.
Sustinet Oenonem deseruisse Paris.
Illa dies fatum miseræ mihi duxit; ab illa pathos ab origine malorum.
Peßima mutati cœpit amoris hyems:
Qua Venus, & Iuno, sumptisq; decentior armis,
Venit in arbitrium nuda Minerua tuum.
Attoniti micuere sinus, gelidusq; cucurrit,
Vt mihi narrasti, dura per ossa tremor.
Consului (neque enim modicè terrebar) anusq;,
Longæuosq; senes, constitit esse nefas.
Cæsa abies, sectæq; trabes, & classe parata,
Cærula ceratas accipit unda rates.
Flesti discedens: hoc saltem parce negare, iudiciū Paridis. subita narratio apparatus ad Helenam rapiendam.
Præterito magis est iste pudendus amor.
Et flesti, & nostros uidisti flentis ocellos:
Miscuimus lachrymas mæstus uterque suas.
Non sic appositis uincitur uitibus ulmus,

A præterito amore commiſſeratio.

Vt tua ſunt collo brachia nexa meo.
Ah quoties, cùm te uento quererere teneri,
Riſerunt comites, ille ſecundus erat.
Oſcula dimiſſæ quoties repetita dediſti?
Quàm uix ſuſtinuit dicere lingua, Vale.

Paridis diſceſſus.

Aura lenis rigido pendentia lintea malo
Suſcitat, & remis eruta canet aqua.
Proſequor infelix oculis obeuntia uela.
Quà licet, & lacrymis humet arena meis.
Vtq; celer uenias uirides Nereidas oro,
Scilicet ut uenias in mea damna celer.

Nereides nymphæ marinæ.

Votis ergo meis alij rediture rediſti.
Hei mihi, pro dira pellice blanda fui.

mons Sigæus.

Aſpicit immenſum moles natiua profundum,
Mons fuit, æquoreis illa reſiſtit aquis.
*Hinc ego uela tuæ * cognoui prima carinæ,*
Et mihi per fluctus impetus ire fuit.

* proſpexi.

Dum moror, in ſumma fulſit mihi purpura prora:
Pertimui: cultus non erat ille tuus.

purpurat Helena.

Fit propior, terrasq; cita ratis attigit aura,
Fœmineas uidi corde tremente genas.

Climenam, & Ethram cum Helena rapuit Paris.

Non ſatis id fuerat; (quid enim furioſa morabar?)
Hærebat gremio turpis amica tuo.
Tunc fleui, rupiq; ſinus, & pectora planxi,
Et ſecui madidas ungue rigente genas.
Impleuiq; ſacram querulis ululatibus Idam.
Illuc has lacrymas in mea ſaxa tuli.

Helenam precatur.

Sic Helene doleat, deſertaq; coniuge ploret:
Quæ prior & nobis intulit, ipſa ferat.
Nunc tecum ueniunt, quæ te per aperta ſequũtur
Aequora

Aequora;legitimos destituuntq; uiros.
At cùm pauper eras,armentaq; pastor agebas,
Nulla,nisi Oenone,pauperis uxor erat.
Non ego miror opes,nec me tua regia tangit,
Nec de tot Priami dicar,vt vna nurus. ab amore.
Nō tamen ut Priamus nymphæ socer esse recuset, obiectioni responsio.
Aut Hecubæ fuerim dissimulanda nurus.
Dignaq; sum,& cupio fieri matrona potentis,
Sunt mihi, quas possunt sceptra decere manus
Nec me (faginea quod tecum fronde iacebam)
Despice:purpureo sum magis apta toro.
Denique tutus amor meus est,tibi nulla parantur à tuto suasio.
Bella,nec ultrices aduehit unda rates. Helena Tyndari filia putatiua.
Tyndaris infestis fugitiua reposcitur armis, honesta petitio
Hac venit in thalamos dote superba tuos. Menelaus.
Quæ si sit Danaïs reddenda, uel Hectora fratrem,
Vel cum Deiphobo,Polydamanta roga.
Quid grauis Antenor Priamus quid suadeat,ipse,
Consule:queis ętas longa magistra fuit.
Turpe rudimētum est patria præponere raptam, Lacęna Helena
Caussa pudenda tua est: iusta uir arma mouet. a Laconia regione,ubi nata est.
Nec tibi,si cupias,fidam promitte Lacænam,
Quæ sit in amplexus tam citò versa tuos. Menelaum intelligit, qui Agamemnone
Vt minor Atrides temerati fędera lecti. erat inferior.
Clamat,& externo læsus amore dolet: uerissima sententia.
Tu quoque clamabis. NVLLA reparabilis arte
Lęsa pudicitia est:deperit illa semel. Andromache Hectoris cōiux
Ardet amore tui,sic & Menelaon amauit:
Nunc iacet in uiduo credulus ille toro.
Felix Andromache certo bene nupta marito,

Vxor ad exemplum fratris habenda fui.
Tu leuior folijs, tunc cùm sine pondere succi
*Mobilibus uentis arida facta * uolant.*
Et minus est in te, quàm in summa pondus arista,
Quæ leuis assiduis solibus usta riget.
Hæc tua (nam recolo) quondam germana canebat:
Sic mihi diffusis vaticinata comis:
Quid facis Oenone? quid arenæ semina mandas?
Non profecturis litora bobus aras.
Graia iuuenca uenit, quæ te, patriamq;, domumq;
Perdet: Iò prohibe, Graia iuuenca uenit.
Dum licet, obscœnam ponto demergite puppim:
Heu quantum Phrygij sanguinis illa uehit.
Dixerat: in cursu famulæ rapuere furentem:
At mihi flauentes diriguere comę.
Ah nimium miseræ uates mihi vera fuisti:
Possidet an saltus illa iuuenca meos?
Sit facie quamuis insignis, adultera certè est,
Deseruit patrios hospite capta Deos.
Illam de patria Theseus, (nisi nomine fallor)
Nescio quis Theseus abstulit ante sua.
A iuuene, & cupido credatur reddita uirgo?
Vnde hæc compererim tam bene quæris? amor.
Vim licet appelles, & culpam nomine ueles:
Quæ toties rapta est, præbuit ipsa rapi.
At manet Oenone fallenti casta marito,
Et poteras falli legibus ipse tuis.
Me Satyri celeres (siluis ego tecta latebam)
Quæsierant rapido, turba proterua, pede.
Cornigerumq; caput pinu præcinctus acuta

Faunus

* *cadunt*

in Paride leuitatem arguit.

Cassãdræ euersionis Troianæ vaticininm. prouerbium.

Helenam metaphorice intelligit.

Theseus Helenam ad huc iuuenis rapuit.

Omnia cogit amor.

Toties, inuidiose, cũ bis tantũ rapta fuerit.

a pudicitia se commendat.

Faunus in immensis, quà tumet Ida, iugis,
Me fide conspicuus Troiæ munitor amauit,
Ille meæ spolium uirginitatis habet.
Id quodque luctando: rupi tamen ungue capillos:
Oraq; sunt digitis aspera facta meis.
Nec precium stupri gemmas, aurumq; poposci:
Turpiter ingenuum munera corpus emunt.
Ipse ratus dignam, medicas mihi tradidit artes,
Admisitq; meas ad sua dona manus.
Quæcunq; herba potens ad opem, radixq; medêdi,
Vtilis in toto uascitur orbe, mea est.
Me miseram, quòd amor nõ est medicabilis herbis,
Destituor prudens artis ab arte mea.
Ipse repertor opis vaccas pauisse Phereas
Fertur, & a nostro saucius igne fuit.
Quòd neque graminibus tellus fęcunda creatis,
Nec Deus auxilium, tu mihi ferre potes.
Et potes, & merui: dignæ misere puellę:
Non ego cum Danais arma cruenta fero.
Sed tua sum, tecumq; fui puerilibus annis,
Et tua, quod superest temporis, esse precor.

Phębus.

Pręcelebris sententia.

a dono Apollinis se commendat.

Apollo, Amore Alceste captus, Admeti regis Thessalię pauit armenta.

Pheræ ciuitas Thessaliæ.

IN VI. EPIST. ARGVM.

Monitus oraculo Pelias, Neptuni filius, tũc illi propinquam fore mortẽ, cũ patri sacrificãti aliquis pede nudo sibi superueniret: cui annua sacra peragenti Iason, Aesonis filius, eiusq; nepos, dimisso in limo Anauri fluuij calciamẽto, ad sacra ꝑperãs, altero pede exuto occurrit. Pelias igitur, oraculi memor, Iasoni suasit, ut Colchõ iret, aurum uellus quæsiturus, sperans illic eũ peritur ũ, cũ audisset opus esset humanis uiribus insuperabile

perabile

perabile. Iason autem ueluti magnanimus expeditionē libenter assumens, ac multis Graeciae nobilibus conuocatis, Argo nauē ex Pegaso, Thessaliae sinu, soluens, Lemnó insulam delatus est: ubi cum mulieres uiros omnes communi consilio una nocte interemissent, Hypsipyle, Thoãtis filia, quem sub falsa mortis simulatione saluauerat, tūc imperiū occupabat: quae Iasonē & hospitio, & lecto liberalissime excepit. Verum iā duobus annis peractis, orantibus socijs, & exigente tēpore, ut praedictam expeditionē perficeret: Hypsipylem praegnātem relinquēs, Colchó nauigauit. Vbi arte Medeae dracone sopito, taurisq; superatis, aureum illud uelū adeptus, illam secū adduxit. Quare Hypsipyle, Medeā sibi praelatam dolens, hac epistola Iasoni de prospero reditu cōgratulando, in cōtemptum eius, crudelitatem atq; incantationes execrans, uertere nititur. Postremo in Iasonem, & Medeam imprecatur.

HYPSIPYLE IASONI.

Littoras Thessaliae reduci tetigisse carina,
Diceris, auratae uellere diues ouis.
Gratulor incolumi (quantum sinis) hoc tamen ipso
Debueram scripto certior esse tuo:
Nam, ne pacta tibi praeter mea regna redires,
Cum cuperes, uentos non habuisse potes.
Qualibet aduerso signetur epistola uento:
Hypsipyle missa digna salute fui.
Cur mihi fama prio[r] [q]uàm nuncia littera uenit?
[Is]se sacros Martis [s]ub iuga panda boues.
Seminibus iactis segetes adolesse uirorum,
Inq; necem dextra non eguisse tua.
Peruigilem spolium pecudis seruasse draconem:
Rapta tamen forti uellera fulua manu?

Haec

Hæc ego si possem timidè credentibus ista,
Ipse mihi scripsit, dicere quanta forem?
Quid querar officium lenti cessasse mariti,
Obsequium, maneo si tua, grande tuli.
Barbara narratur venisse venifica tecum, Medea.
*In mihi promissi parte * futura tori.* *recepta
Credula res amor est: vtinam temeraria dicar
Criminibus falsis insimulasse virum:
Nuper ab Hæmonijs hospes mihi Thessalus oris a quo accepe-
Venerat, & tactum vix bene limen, erat. rat.
Aesonides (dixi) quid agit meus? ille pudore
Hæsit in opposita lumina fixus humo. synecdoche.
Protinus exilui, tunicisq; à pectore ruptis,
Viuit, an (exclamo) me quoque fata trahunt?
Viuit, ait: timidumq; mihi iurare coegi:
Vix mihi, teste Deo, credita vita tua est.
Utque animus rediȷt, tua facta requirere cœpi. boues æripedes igniuomi a Iasone domiti,
Narrat, & æripedes Martis arasse boues:
Vipereos dentes in humum pro semine iactos, Draconis dentibus seminatis gigantes nati.
Et subito natos arma tulisse viros.
Terrigenas populos ciuili marte peremptos, Mutuis vulneribus ceciderũt.
Implesse ætatis fata diurna suæ:
Deuictum serpentem, iterum si viuat Iason
Quærimus: alternant spesq;, timorq; fidem.
Singula dum narrat, cursu, studioq; loquendi,
Detegit ingenio vulnera facta tuo.
Heus, vbi pacta fides? vbi connubialia iura? Iasonis periurium arguit.
Faxq; sub arsuros dignior ire rogos?
Non ego sum furtim tibi cognita, pronuba Iuno
Adfuit, & sertis tempora vinctus Hymen. synecdoche.

At mihi nec Iuno, nec Hymen, sed tristis Erynnis.
Prætulit infaustas sanguinolenta faces.

Minyæ Argonautæ, qui ex Thessalia venerant. *Quid mihi cum Minyis? quid cũ Tritonide pinu?*
Quid tibi cum patria nauita Tiphy mea?

Tritonide pinu Argo nauẽ intelligit, arte Palladis ex pinu confectam. *Non erat hic aries villo spectabilis aureo,*
Non senis Aeetę regia Lemnos erat.
Certa fui primo (sed me mea fata trahebant)
Hospita fœminea pellere castra manu.

Synæresis. *Lemniadesq; viros nimium quoq; vincere norũt;*
Milite tam forti vita tuenda fuit.

beneficia amplificat. *Vrbe virum vidi, tectoq; animoq; recepi,*
Hic tibi bisq; æstas, bisq; cucurrit hyems.
Tertia messis erat, cùm tu dare vela coactus,
Implesti lacrymis talia verba tuis:

Iasonis verba. *Abstrahor Hypsipyle: si dẽt modò fata recursum,*
Vir tuus hinc habeo, vir tibi semper ero.
Quod tamen è nobis grauida celatur in aluo,
Viuat, & eiusdem simus vterq; parens.
Hactenus, & lacrymis in falsa cadentibus ora,
Cætera te memini non potuisse loqui.

* Argos *Vltimus ex socijs sacram conscendis in * Argon,*
Illa volat, ventus concaua vela tenet.

Iasonis profectio ĩ Colchos. *Cærula propulsæ subducitur vnda carinæ,*
Terra tibi, nobis aspiciuntur aquæ.
In latus omne patens turris circumspicit vndas,
Huc feror, & lacrymis osq; sinusq; madent.
Per lacrymas specto, cupidæq; fauentia menti
Longius assueto lumina nostra vident.
Adde preces castas, immistaq; vota timori,

persoluẽda pẽtasyllabum. *Nunc quoque te saluo persoluenda mihi.*

Vota

Vota ego persoluam? votis Medea fruetur?
Cor dolet, atque ira mistus abundat amor.
Dona feram templis? viuum quod Iasona perdā? cū indignatione ironia.
Hostia pro damnis concidet ista meis?
Non equidem secura fui, semperq; verebar,
Ne pater Argolica sumeret urbe nurum. Argos vrbs in Thessalia.
Argolicas timui, nocuit mihi barbara pellex,
Non expectato vulnus ab hoste tuli.
Nec facie, meritisq; placet, sed carmine mouit, Medeam veneficio, & magica arte accusat.
Diraq; cantata pabula falce metit.
Illa reluctantem cursu deducere Lunam
Nititur, & tenebris abdere Solis equos.
Illa refrenat aquas, obliquaq; flumina sistit:
Illa loco syluas, viuaq; saxa mouet.
Per tumulos errat sparsis discincta capillis:
Certaq; de tepidis colligit ossa rogis.
Deuouet absenteis, simulacraq; cerea fingit,
At miserum tenueis in iecur vrget acus.
*Et quæ nescierim melius: * Malè quæritur herbis,* mage
Moribus, & forma conciliandus amor.
Hanc potes amplecti, thalamoq; relictus in vno
Impauidus somno nocte silente frui? rem a facto arguit,
Scilicet vt tauros, ita te iuga ferre coegit,
Quaq; feros angues, te quoque mulcet ope.
Adde, quòd ascribi factis procerumq; tuisq;
Se facit, & titulo coniugis vxor obest.
Atque aliquis Peliæ de partibus acta venenis
Imputat, & populum, qui sibi credat, habet.
Non hæc Aesonides, sed filia Phasis Aetæ Phasis Colchorum fluuius.
Aurea Phryxeæ terga reuulsit ouis.

Phryxus Athamãtis filius aurei velleris arietem, Helle sorore submersa, Marti immolauit, & vellus in templo suspendit.	*Non probat Alcymede mater tua, consule matrē,* *Non pater; à gelido cui venit axe nurus.* *Illa sibi à Tanais, Scythicæq; paludibus vndæ* *Quærat, & à patria Phasidis vsque virum.* *Mobilis Aesonide, vernaq; incertior aura* *Cur tua polliciti pondere verba carent?*
Tanais Scythiæ fluuius ad Septentrionem.	*Vir meus hinc ieras, cur non meus inde redisti?* *Sim reducis coniux, sicut euntis eram.*
a genere se cōmendat.	*Si te nobilitas, generosaq; nomina tangunt;* *En ego Minoo nata Thoante feror.*
Thoas Bacchi ex Ariadne filius, Bacchus Ariadnen cum nouē gemmis suæ coronæ in astra mutauit.	*Bacchus auus, Bacchi coniux redimita corona,* *Præradiat stellis signa minora suis.* *Dos mihi Lemnos erit, terra ingeniosa colenti,* *Me quoque iam taleis inter habere potes.* *Nunc etiam peperi, gratare ambobus Iason,* *Dulce mihi grauidæ fecerat auctor onus.*
Thoas, & Euneus gemelli.	*Felix in numero quoque sum, prolemq; gemellam,* *Pignora Lucina bina fauente dedi.* *Si quæras, cui sint similes: cognosceris illis,* *Fallere non norunt, cætera patris habent.* *Legatos quos pene dedi pro matre ferendos,* *Sed tenuit cęptas sæua nouerca vias.*
Amplificatio ex nomine.	*Medeam timui; plus est Medea nouerca:* *Medeæ faciunt ad scelus omne manus.* *Spargere quæ fratris potuit lacerata per agros.*
Absyrtus Medeę frater.	*Corpora, pignoribus parceret illa meis?*
a fortiori argumentum.	*Hanc tamen ô demens, Colchisq; ablate venenis,*
Colchis p Colchidis.	*Diceris Hypsipyles præposuisse toro.* *Turpiter illa virum cognouit adultera virgo:*
Medeā in contēptū adducit.	*Me tibi, teq; mihi teda pudica dedit.*

Prodidit

Prodidit illa patrem, rapui de cæde Thoanta:
Deseruit Colchon, me mea Lemnos habet.
Quid referam? scelerata piam si vincit, & ipso
Crimine dotata est, emeruitque virum;
Lemniadum facinus culpo, non miror Iason:
Quælibet iratis IPSE *dat arma dolor.*
Dic agè, si ventis (vt oportuit) actus iniquis interrogatio cum stomacho.
Intrasses portus teque, comesque meos;
Obuiaque exissem fœtu comitata gemello:
*Hiscere * non ne tibi terra roganda foret?* * nempe
Quo vultu natos, quo me scelerate videres?
Perfide quo pretio, qua nece dignus eras?
Ipse quidem per me tutus, sospesque fuisses,
Non quia tu dignus, sed quia mitis ego.
Pellicis ipsa meos implessem sanguine vultus, concludit per imprecationem.
Quosque veneficijs abstulit ipsa suis,
Medeæ Medea forem. quod si quis ab alto
Iustus adest precibus Iupiter ipse meis;
Quod gemit Hypsipyle, lecti quoq; succuba nostri * sub nuba
Mœreat, & leges sentiat ipsa suas.
Vtq; ego destituor coniux, materque duorum,
A totidem natis orba sit, atque viro.
Nec malè parta diu teneat, peiusq; relinquat:
Exulet, & tota quærat in orbe fugam.
Quam fratri germana fuit, miseroque parenti
Filia: tam natis, tam sit acerba viro.
Cùm mare, cùm terras consumpserit, aera tentet:
Erret inops, expes, cæde cruenta sua.
Hæc ego coniugio fraudata Thoantias oro.
Viuite deuoto nuptaque, virque toro.

IN VII. EPIST. ARGVM.

Troia à Græcis euerſa, Aeneas, Anchiſæ & Veneris filius raptis ab incendio ſecnm penatibus, viginti nauibus mare conſcendit. Qui tempeſtate vexatus, magna parte maris pererrata, in Lybiam quidem delatus eſt. Vbi tunc Dido, ut Virgilius finxit, Beli filia, & Sichęi Herculis ſacerdotis uxor, ex Tiro urbe profecta, fratris Pygmalionis, qui incautus maritum ob eius diuitias interemerat, & ſæuitiam & auaritiam fugiens, urbem nouam Carthaginem condebat, à qua Aeneas, cum ſocijs liberaliſsime ſuſceptus, & amatus, cum ea concubuit. Verum cum Mercurij monitu in Italiam ſibi ab oraculo promiſſam nauigare cogeretur, Dido præſentiens: ueluti quæ ardentiſſimo amoris flagrabat incendio, illum à nauigandi, aut ſaltem differendi propoſito reuocare tentans, poſt multas tandem fruſtra effuſas preces, ad eum moribunda ſcripſit, quem nouerat mortis cauſſam præbuiſſe.

DIDO AENEAE.

De morte deliberaſſe comparatione indicat Mæander fluuius Ioniæ tortuoſus ex Auo ftene mõte oriens.

SIc vbi fata vocant, vdis abiectus in herbis
Ad vada Mæandri concinit albus olor.
Nec, quia te noſtra ſperem prece poſſe moueri,
Alloquor; aduerſo mouimus iſta Deo.
Sed meriti famam, corpusq́; animumq́; pudicum
Cum malè perdiderim, perdere verba leue eſt.
Certus es ire tamen, miſeramq́; relinquere Dido,
Atque ijdem venti vela, fidemq́; ferent.
Certus es Aenea cum fœdere ſoluere naues,
Quæq́; vbi ſint neſcis, Itala regna ſequi.

perfidia ab vtili diſſuaſio.

Nec noua Carthago, nec te creſcentia tangunt
Mœnia, nec ſceptro tradita ſumma tuo.

Facta

*Facta fugis, * fugienda petis, quærenda per orbem* * aliàs, facienda.
Altera, quæsita est altera terra tibi.
Vt terram inuenias quis eã tibi tradet habendam?
Quis sua non notis arua tenenda dabit?
Alter habendus amor tibi restat, & altera Dido,
Quamq; iterum fallas, altera danda fides.
Quando erit, vt condas instar Carthaginis vrbem,
Et videas populos altus ab arce tuos?
Omnia si veniant, nec te tua vota morentur, à similitudine vim amoris auger.
Vnde tibi, quæ te sic amet, vxor erit?
Vror vt inducto ceratæ sulphure tedæ,
Vt pia fumosis addita thura rogis,
Aeneasq; oculis semper vigilantibus hæret,
Aeneamq; animo noxq; diesq; refert.
Ille quidẽ malè gratus, & ad mea munera surdus,
Et quo (si non sim stulta) carere velim.
Non tamen Aeneã quamuis malè cogitet, odi:
Sed queror infidum, quæstaq;, peius amo. non sine pietate ad Venerem apostrophat.
Parce Venus nurui: durumq; amplectere fratrem
Frater Amor, castris militet ille tuis:
Aut ego quę cępi (neque enim dedignor amare) inconstantia amantium.
Materiam curæ præbeat ille meæ. in Aenea nimiam duritiã arguit.
Fallor, & ipsa mihi falsò iactatur imago,
Matris ab ingenio dissidet ille suæ.
Te lapis, & montes, innataq; rupibus altis
Robora, te sæuæ progenuere feræ:
Aut mare, quale vides agitari nunc quoq; ventis:
Quo tamen aduersis fluctibus ire paras. ab imminentibus auocare laborat.
Quò fugis? obstat hyems, hyemis mihi gratia ꝓsit:
Aspice, vt euersas concitet Eurus aquas.

Quod tibi malueram, sine me debere procellis:
Iustior est animo ventus & vnda tuo.
Non ego sum tanti, (quamuis merearis inique)
Ut pereas, dum me per freta longa fugis.
Exerces pretiosa odia, & constantia magno:
Si, dum me fugias, est tibi vile mori.

Triton Neptuni filius, & tu- aicen.

Iam venti ponent, strataque æqualiter vnda,
Cæruleis Triton per mare curret equis.
Tu quoque cum ventis vtinam mutabilis esses,
Et, nisi duritia robora vincis, eris.

b experientia issuadet. xpertę passiue.

Quid? si nescires insana quid æquora poßent?
Expertæ toties tam malæ credis aquæ?
Ut pelago suadente etiam retinacula soluas.
Multa tamen latus tristia pontus habet.
Nec violasse fidem tentantibus æquora prodest,
Perfidiæ pœnas exigit ille locus.
Præcipuè cum læsus amor, quia mater amorum
Nuda Cytheriacis edita fertur aquis.

Cytherea Venus a Cytherea ßula cōtra Creftex maris spuma nata fingit. Aeneam sibi cōciliat. artificiose conscientiæ recordationē in magnis periculis commemorat.

Perdita ne perdam timeo, noceamve nocenti,
Neu bibat æquoreas naufragus hostis aquas.
Viue precor: sic te melius quàm funere perdam:
Tu potius leti caußa ferere mei.
Finge age te rapido (nullum sit in homine pondus)
Turbine deprehendi: quid tibi mentis erit?
Protinus occurrent falsæ periuria linguæ,
Et Phrygia Dido fraude coacta mori.
Coniugis ante oculos deceptæ stabit imago
Tristis, & effusis sanguinolenta comis.
Quicquid id est, totum merui, concedite, dices,
Quæque cadent in te fulmina missa putes.

Da breue sæuitiæ spatium, pelagique, tuæque
Grande moræ pretium, tuta futura via est.
Nec mihi tu parcas, puero parcatur Iulo,
Te satis est titulum mortis habere meæ.
Quid puer Ascanius? quid dij meruere penates?
Ignibus ereptos obruet unda deos.
Sed neque fers tecum, nec quæ mihi perfide iactas,
Presserunt humeros sacra, paterq; tuos.
Omnia mentiris: neque enim tua fallere lingua ab impietate.
Incipit à nobis, primaq; plector ego.
Si quæras, vbi sit formosi mater Iuli: Creusa.
Occidit à duro sola relicta viro.
Hæc mihi narrabas, at me mouere merentem:
Illa minor culpa pœna futura mea est.
Nec mihi mēs dubia est, qn te tua numina dānent: In Aeneam pro merita.
Per mare per terras, septima iactat hyems.
Fluctibus eiectum tuta statione recepi,
Vixque bene audito nomine regna dedi. a tempore pàthos.
His tamen officijs vtinam contenta fuissem: Eumenides infernales furiæ per antiphrasim, quod bene uolæ non sint: sed alij proprio nomine ab εὐ, idest bene, & μανίας, qđ furore signi ficat, quasi bene furentes dictas volunt. ad pudorem apostrophat.
Et mihi concubitus fama sepulta foret.
Illa dies nocuit, qua nos decliue sub antrum
Cæruleus subitis compulit imber aquis.
Audieram voces, Nymphas vlulasse putaui.
Eumenides fatis signa dedere meis.
Exige læse pudor pœnas violasse Sichæo,
Ad quem (me miseram) plena pudoris eo.
Est mihi marmorea sacratus in æde Sichæus,
Oppositæ frondes velleraq; alba tegunt.
Hinc ego me sensi noto quater ore citari, Elisa, Dido dicta est priori nomine.
Ipse sono tenui dixit, Elisa veni.

Nulla

Nulla mora est, venio quondā tibi debita coniux:
Sum tamen admissi tarda pudore mei.

ab auctoritate Aeneæ suū crimen purgat.

Da veniam culpæ, decepit idoneus auctor,
Inuidiam noxæ detrahit ille meæ.
Diua parens, seniorq́; pater, pia sarcina nati,
Spem mihi mansuri rite dedere viri.
Si fuit errandum, caussas habet error honestas:
Adde fidem, nulla parte pigendus erit.

a fatis excusatio. infelicitates suas exponit.

Durat in extremum, vitæq́; nouissima nostræ
Prosequitur fati, qui fuit antè, tenor.
Occidit in terras coniux mactatus ad aras,
Et sceleris tanti præmia frater habet.
Exul agor, cineresq́; viri, patriamq́; relinquo,
Et feror in duras hoste sequente vias:
Applicor ignotis, fratriq́; elapsa, fretoq́;,
Quod tibi donaui perfide, littus emo.
Vrbem constitui, lateq́; patientia fixi
Mœnia, finitimis inuidiosa locis.
Bella tument; bellis peregrina & fœmina tentor,
Vixq́; rudes portas vrbis, & arma paro.

Getulia pars Africæ.

Mille procis placui, qui in me coiere, querentes
Nescio quem thalamis præposuisse suis.
Quid dubitas vinctam Getulo tradere Hiarbe?
Præbuerim sceleri brachia nostra tuo.

infelicitatum amplificatio.

Est etiam frater, cuius manus impia poscit
Respergi nostro sparsa cruore viri.

Catholica sententia.

Pone deos, & quæ tangendo sacra profanas,
NON bene cęlestes impia dextra colit.
Si tu cultor eras elapsis igne futurus,
Pœnitet elapsos ignibus esse deos,

Forsitan

Forsitan & grauidam Dido scelerate relinquis,
Parsq; tui latitat corpore clausa meo.
Accedet fatis matris miserabilis infans,
Et nondum nati funeris auctor eris.
Cumq; parente sua frater morietur Iuli,
Pœnaq; connexos auferet vna duos.
Sed iubet ire Deus: vellem vetuisset adire,
Punica nec Teucris pressa fuisset humus.
Hoc duce nempe Deo, ventis agitaris iniquis,
Et teris in rapido tempora longa freto,
Pergama vix tanto tibi erant repetenda labore,
Hectore si viuo, quanta fuere, forent,
Non patriũ Simoenta petis, sed Tybridis vndas.
Nempe vt peruenias quo cupis, hospes eris.
Vtque latet, refugitq; tuas abstrusa carinas,
Vix tibi continget terra petita seni.
Hos populos potius in dotem, ambage remota,
Accipe, & aduectas Pygmalionis opes.
Ilion in Tyriam transfer felicius vrbem,
Inq; loco regis, sceptra sacrata tene.
Si tibi mens auida est belli, si quærit Iulus
Vnde suo partus Marte triumphus eat:
Quem superet, nequid desit, præbebimus hostem:
Hic pacis leges, hic locus arma capit.
Tu modò per patrem, fraternaq; tela sagittas,
Perq; fugæ comites, Dardana sacra, deos:
Sic superent quoscunque tua de gente reportas:
Mars ferus, & damni sit modus ille tui:
Ascaniusq; suos feliciter impleat annos,
Et senis Anchisæ molliter ossa cubent,

Tangit quod Aeneam flecte re debeat.

per ironiã Aeneæ discessum Mercurio imputat.

Tybris Italiæ fluuius ex Apẽnino mõte defluens.

in cõmodis cõmoda subijcit. sacrata sceptra, quoniã sub Iouis tutela erãt reges.

adiurationes.

Pare

Parce precor domui, quæ se tibi tradit habendam:
Quod crimen dicis præter amaße meum?
Phthia vrbs Thessaliæ, a qua Achilles Phthius dicit. *Non ego sum Phthia, magnisq; oriunda Mycenis,*
Nec steterant in te virque, paterq; meus.
a nomine extenuatio. *Si pudet vxoris; non nupta, sed hospita dicar:*
Dum tua sit Dido, quidlibet esse feret.
a peritia dissuadet. *Nota mihi freta sunt Afrum tangentia littus:*
Temporibus certis dantque, negantq; viam.
Cùm dabit aura viam, præbebis carbasa ventis,
Nunc leuis eiectam continet alga ratem.
Tempus vt obseruem, manda mihi; certius ibis:
Nec te, si cupias, ipsa manere sinam.
Differenda est ratio. *Et socij requiem poscunt, laniataq; classis*
Postulat exiguas semirefecta moras.
a beneficijs deprecatio. hypallage. *Pro meritis, & si qua tibi debebimus vltra,*
Pro spe coniugij tempora parua peto.
Dum freta mitescunt, & amor dum tẽperat vsum,
Fortiter ediscam tristia posse pati.
Sin minus: est animus nobis effundere vitam:
In me crudelis non potes eße diu.
Aspicias utinam quæ sit scribentis imago:
Scribimus, & gremio Troicus ensis adest.
Perq; genas lacrymæ strictum labuntur in ensem
Qui iam pro lacrymis sanguine tinctus erit.
Quàm bene conueniunt fato tua munera nostro:
Instruis impensa nostra sepulchra breui.
Nec mea nunc primùm feriuntur pectora telo:
Ille locus sæui vulnus amoris habet.
per commiserationem apostrophe. *Anna soror, soror Anna meæ malè conscia culpæ,*
Iam dabis in cineres vltima dona meos:

Nec

Nec consumpta rogis inscribar Elisa Sichæi:
Hoc tamen in tumuli marmore carmen erit:
Præbuit Aeneas & caussam mortis, & ensem, Didonis epitaphium.
Ipsa sua Dido concidit usa manu.

IN VIII. EPIST. ARGVMENTVM.

Hermione Menelai, & Helenæ filia à Tyndaro auo materno, cui domum commendarat Menelaus, dum iret ad Troiam, Oresti, Agamemnonis, & Clytemnestræ filio desponsata est. Quam etiam Menelaus, huiusce rei inscius Pyrrho Achillis filio ante Troiā premisit: qui tandem reuersus Hermionem rapuit. Sed cum Pyrrhi cōnubium maximo odio haberet: & Orestem adamaret: clam per nuntium monuit facile posse à Pyrrhi vinculis liberari: quod quidem est assecuta. Nam Orestes post Aegysthi matrisque cædem furore purgatus, Pyrrho in templo Apollinis interfecto, eam recepit.

HERMIONE ORESTI.

Alloquor Hermione nup fratremq; viruq;,
Nunc fratrē; nomē cōiugis alter habet.
Pyrrhus Achilleides, animosus imagine patris,
Inclusam contra iusque, piumq; tenet.
Quod potui, renui, ne non inuita tenere
Cætera fœmineæ non valuere manus.
Quid facis Aeacida? non sum sine vindice, dixi, verba Hermiones ad Pyrrhū.
Hæc tibi sub domino est, Pyrrhe puella suo.
Surdior ille freto clamantem nomen Orestis
Traxit inornatis in sua tecta comis.
Quid grauius capta Lacedæmone serua tulissem,
Si raperet Graias barbara turba nurus?

Parcius

regio pro persona. *Parcius Andromachen vexauit Achaia victrix,*
Cùm Danaas Phrygias vreret ignis opes.,
At tu cura mei si te pia tangit, Oreste,
Iniјce non timidas in tua iura manus.
a minori. *An, si quis rapiat stabulis armenta reclusis,*
Arma feras? rapta coniuge, lentus eris?
a Menelai exẽplo suadet. *Sit socer exemplo nuptæ repetitor ademptæ,*
Cui pia militiæ caussa puella fuit:
*sedisset *Si socer ignauus vacua * stertisset in aula,*
Nupta foret Paridi mater, vt antè fuit.
a facili. *Non tu mille rates, sinuosaq; vela parabis,*
Nec numerum Danai militis, ipse veni.
Sic quoq; erã repetẽda tamẽ: nec turpe marito est
Aspera pro charo bella tulisse toro.
Quid? quod auus nobis idem Pelopeius Atreus,
Et si non esses vir mihi, frater eras.
ab agnatione. Pelops. Atrei pater. *Vir precor vxori, frater succurre sorori,*
Instant officio nomina bina tuo.
Tyndarus auus maternus Hermiones. *Me tibi Tyndareus vita grauis auctor, & annis,*
Tradidit: arbitrium neptis habebat auus.
At pater Aeacidæ promiserat inscius acti,
Plus quoque, qui prior est ordine, possit auus.
Cùm tibi nubebam, nulli mea teda nocebat;
Si iungar Pyrrho, tu mihi læsus eris.
Et pater ignoscet nostro Menelaus amori,
Cupido. *Succubuit telis præpetis ipse Dei.*
Paridi Pyrrhũ comparat. *Quem sibi permisit, genero concedet amorem,*
in generis nobilitate Orestẽ Pyrrho præponit. *Proderit exemplo mater amata suo.*
Tu mihi, quod matri pater, es: quas gesserat olim
Dardanius parteis aduena, Pyrrhus agit.

Ille licèt patrijs sine fine superbiat actis,
Et tu quæ referas facta parentis habes.
Tantalides omnes, ipsumq; regebat Achillem,
Hic pars militiæ, dux erat ille ducum.
Tu quoq; habes proauũ Pelopẽ, Pelopisq; parẽtẽ:
Si melius numeres, à Ioue quintus eris.
Nec virtute cares, arma inuidiosa tulisti:
Sed tu quid faceres? induit illa patrem.
Materia vellem fortis meliore fuisses:
Non lecta est operi, sed data caussa tuo.
Hanc tamen implesti, iuguloq; Aegysthus aperto
Tecta cruentauit, quæ pater antè tuus.
Increpat Aeacides, laudemq; in crimina vertit,
Et tamen aspectus sustinet ille meos.
Rumpor, & ora mihi pariter cũ mente tumescunt,
Pectoraq; inclusis ignibus vsta dolent.
Hermione coram quisquam ne obiecit Oresti?
Nec mihi sunt vires, nec ferus ensis adest.
Flere licet, certè flendo diffundimus iram,
Perq; sinus lacrymæ fluminis instar eunt.
Has semper solas habeo, semperq; profundo,
Hument incultæ fonte perenne genæ.
Hoc generis fatum, quod nostros errat in annos:
Tantalides matres apta rapina sumus.
Non ego fluminei referam mendacia cygni,
Nec quærar in plumis delituisse Iouem.
Quà duo porrectus longè freta diuidit Isthmos,
Vecta peregrinis Hippodameia rotis.
Castori Amiclæo, & Amiclæo Polluci,
Reddita Mopsopia Tyndaris vrbe soror.

Tantalid. Agamemnona Tãtalo proauo.
Iupiter Tantalũ, Tantalus Pelopem, Pelops, Phylistenẽ Philistenes Agamẽnonem Orestis patrem genuit.

perenne pro perenni,
in fatũ culpam vertit.
rhetorica occupatio;
Iupiter in cygnum Lædam. compressit.
Pelops curuli certamine Hippodamiæ cõiugio potius est, uersus licentiosus.
rapta a Theseo Helena a fratribus Castore, & Polluce recuperata est: postea a Paride rapit.
Amiclæ vrbs Laconiæ.

Tyndaris

Mos Ipia Attisæ vrps à Mopsopo rege.

Tyndaris Idæo trans æquora ab hospite rapta,
Argolicas pro se vertit in arma manus.
Vix equidem memini, memini tamē, omnia luctus;
Omnia solliciti plena timoris erant.
Flebat auus, flebatq; soror, fratresq; gemelli,
Orabat superos Leda, suumq; Iouem.
Ipsa ego non longos etiam tunc scissa capillos;
Clamabam; Sine me, me sine mater abis?
Nam coniux aberat; ne non Pelopeia credar,
Ecce Neoptolemo præda parata fui.

Neoptolemus Pyrrhus quasi nouus pugnator.

Pelides vtinam vitasset Apollinis arcus:
Damnaret nati facta proterua parens.

directa in pedē Achillis sagitta à Paride in Apollinis tēplo interimitur.

Nec quondā placuit, nec nunc placuißet Achilli,
Abducta viduum coniugē flere uirum.
Quæ mea cælestis iniuria fecit iniquos?
Quod ve mihi miseræ sydus obesse querar?
Parua mea sine matre fui, pater arma gerebat;
Et duo cùm uiuant, orba duobus eram.

ad matrem apostrophat.

Non tibi blanditias primis mea mater in annis
Incerto dictas ore puella tuli.
Non ego captaui breuibus tua colla lacertis,
Nec gremio sedi sarcina grata tuo.
Non cultus tibi cura mei, nec pacta marito
Intraui thalamos matre parante nouos.
Obuia prodieram reduci tibi (uera fatebor)
Nec facies nobis nota parentis erat.

in hoc tantum felix, q̄d Orestem maritum nacta fit.

Te tamē esse Helenā, q̄d eras pulcherrima, sensi,
Ipsa requirebas quæ tua nata foret.
Pars hæc una mihi coniux bene cessit Orestes:
Hic quoque (ni pro se pugnet) ademptus erit.

Pyrrhus

Pyrrhus habet captam reduce, & uictore parẽte,
Munus & hoc nobis diruta Troia dedit.
Cùm tamen altus equis Titan radiantibus instat,
Perfruor infelix liberiore malo.
Nox ubi me thalamis ululantem, & acerba gemẽtẽ
Condidit, in mœsto procubuique toro,
Pro somno lacrymis oculi funguntur obortis:
Quaque licet, fugio sicut ab hoste, uiro.
Sæpe malis stupeo, rerumque oblita, locique, In Scyro Lycomedis insula furtiuo concubinatus est Pyrrhus.
Ignara tetigi Scyria membra manu.
Utque nefas sensi, malè corpora tacta relinquo,
Et mihi pollutas credor habere manus.
Sæpe Neoptolemi pro nomine nomen Orestis
Exit, & errorem uocis, ut omen, amo.
Per genus infelix iuro, generisque parentem, Iureiurando in tectum colligit.
Qui freta, qui terras, & sua regna quatit.
Per patris ossa tui, patrui mihi, quæ tibi debet,
Quod se sub tumulo fortiter ultra iacent;
Aut ego præmoriar, primoque extinguar in æuo,
Aut ego Tantalidæ Tantalis uxor ero.

IN IX. EPIST. ARGVMENTVM.

Herculem Iupiter ex Alcumena, sub forma Amphitrionis mariti oppressa, tribus noctibus in unam iũctis genuit; quem Eurystheus Rex Mycenarum, Iunonis astutia, ut sic ille periret, ad arduos labores incitauit, sed cum robore corporeo, atque ingenio ualeret, semper uictor euasit. Inter quos Acheloum, Aetoliç fluuium, in uarias sese uertentem figuras, ob Deianiræ coniugium, in taurum tandem debellauit. Et profectò, quãuis reliqua monstra uiriliter superauerit, amori muliebri succubit. Nam cũ Euritus, Rex Oechalię

liæ Iolen filiam ei promissam denegasset, urbe capta & Eurito occiso, Iolem obtinuit cuius amore ita cæcatus est, ut, ea iubente, leonis spolium & clauam deposuerit; &, quod turpius est, inter Iolæ pedissequas cultu femineo indutus nere non erubuit. Denique quidquid prius sub Omphale Lydiæ regina, ex qua genuerat Lamum, tolerauerat, ea sub Iole perpessus est. Cum igitur Deianeira, Oenei regis Calydoniæ filia, eius uxor, illum tam illecebri amore captum resciffet, ex uoluntate aduersariorũ factum uituperãs, ad eum scripsit. Ponit autem illi ante oculos egregia illa sua priora facta. sed cum inter scribendum accepisset nuncium de Herculis calamitate ob uestem Nessi Centauri sanguine intoxicatam, a se missam: in qua uim reuocandi ab alienis amoribus inesse credebat: (id enĩ Nessus illi in traiectu Eueni fluuij suaserat, cum ab Hercule sagitta, Lernæo ueneno infecta, confossus esset) grauissimo dolore compressa, facinus suum purgando, ut non ultro, sed ut illum in sui amore retineret, fecisse uideatur, de suspendio deliberat.

DEIANEIRA HERCVLI.

Mittor ad Alciden è coniuge conscia mentis
Littera, si coniux Deianeira sua est. — alij hæc duo carmina non legunt.
Gratulor Oechaliam titulis accedere nostris:
Victorem uictæ succubuisse queror.
Fama Pelasgiadas subitò peruenit in urbes
Decolor, & factis inficianda tuis.
Quem nunquam Iuno, seriesque immensa laborum
Fregerit, huic Iolen imposuisse iugum. — taxat Herculẽ, quod non respondeat spei.
Hoc uelit Eurystheus, uelit hoc germana tonantis,
Lætaque sit uitę labe nouerca tuæ.
At non ille uenis, cui nox (si creditur) una
Non tanti, vt tantus conciperere, fuit.

Plus

Plus tibi, quàm Iuno, nocuit Venus: illa præmēdo
Sustulit; hæc humili sub pede colla tenet.
Respice vindicibus pacatum viribus orbem, Orientē & Occidentem intel ligit.
Quà latam Nereus cærulus ambit humum.
Se tibi pars terræ, tibi se tota æquora debent:
Implesti meritis Solis vtranque domum.
Quod, te laturum est, cælum prius ipse tulisti:
Hercule supposito sydera fulsit Atlas. fesso Atlanti Hercules præstitit uicem.
Quid, nisi notitia est misero quæsita pudori,
Si cumulas stupri facta priora nota?
Te ne ferunt geminos pressisse tenaciter angues,
Cùm tener in cunis iam Ioue dignus eras? angues immissi à Iunone.
Cœpisti melius, quàm desinis: vltima primis
Cedunt: dissimiles hic vir, & ille puer.
Quem non mille feræ, quem non Steneleius hostis, attende amoris potentiam.
Non potuit Iuno vincere, vicit amor.
At bene nupta feror, quia nominor Herculis uxor;
Sitq́; socer, rapidis qui tonat altus equis.
Quàm malè inæquales veniūt ad aratra iuuenci,
Tam premitur magno coniuge nupta minor. species pro dignitate.
Non honor est, sed onus, species læsura ferentes, generalis sentētia.
SI qua voles aptè nubere, nube pari.
Vir mihi semper abest, & coniuge notior hospes:
Monstraq́; , terribiles persequiturq́; feras.
Ipsa domo vidua votis operata pudicis
Torqueor, infesto ne vir ab hoste cadat.
Inter serpentes, aprosq́;, auidosq́; leones ab arte haruspicina pathos.
Iactor, & hæsuros cerno per ossa canes. quoniam illos exiliū miserat
Me pecudum fibræ, simulacraq́; inania somni, Eurystheus arbiter, dispensator Herculis.
Omniaq́; arcana nocte petita mouent.

Aucupor infelix incertæ murmura famæ,
Speque timor dubia ſpeſque timore cadit,
Mater abeſt, queriturque Deo placuiſſe potenti,
Nec pater Amphitryon, nec puer Hyllus adeſt
Arbiter Euryſteus iræ Iunonis iniquæ.
Sentitur nobis, iraque longa Deę eſt.
Hęc mihi ferre parũ eſt, peregrinos addis amores,
Et mater de te quælibet eſſe poteſt.
Non ego Parthenijs temeratam uallibus Augen,
Nec referam partus Ormeni nympha tuos.
Nec tibi crimen erunt Teuthrantia turba ſorores,
Quarum de populo nulla relicta tibi eſt.
Vna recens crimen defertur adultera nobis,
Vnde ego ſum Lydo facta nouerca Lamo.
Mæander, toties qui terris errat in ijſdem,
Qui lapſas in ſe ſæpe retorquet aquas;
Vidit in Herculeo ſuſpenſa monilia collo,
Illo, cui cælum ſarcina parua fuit.
Non puduit forteis auro cohibere lacertos?
Et ſolidis gemmas appoſuiße toris?
Nempe ſub his animam peſtis Nemeæa lacertis
Edidit, unde humerus tegmina lęuus habet.
Auſus es hirſutos mitra redimire capillos,
Aptior Herculeæ populus alba comæ.
Nec te Mæonia laſciuę more puellæ
Incingi zona dedecuiſſe pudet?
Non tibi ſuccurit crudi Diomedis imago,
Efferus humana qui dape pauit equos
Si te uidiſſet cultu Buſiris in iſto
Huic uictor uicto nempe pudendus eras.

Detrabat

Euryſtheus arbiter, diſpenſator Herculis.

Adulteria prhetoricam occupationẽ detegit.

Parthenius mõs Arcadię virginibus illic veneratus Parthenice .n. virgo dr̃. Auges Aloei regis Arcadię filia ex Hercule Telephũ genuit ſicut Aſtidamia Ormeni filia Teleſippum.

Hercules quinquaginta Theſpis Erithei Athenienſis filias vna nocte ſtuprauit, ex quib. quinquagita filios genuit, qui Theſpiades sũt cognominati.

Teuthrãtus Atticæ opidum.

Vna recens, Omphalẽ Mæoniæ ſiue Lydiæ reginam intelligit.

Diomedes rex Thracię carnib. ad uenarũ ſuos equos alebat, quẽ Hercules tãdem ipſis equis deuorandum obiecit.

Buſiris rex Aegypti, qui oras Nilo adiacẽtes cruenta forenſiũ hoſpitũ cæde infeſtabat.

Detrhat Antæus duro redimicula collo,
Ne pigeat molli succubuiße uiro.
Mæonias inter calathum tenuisse puellas
Diceris, & dominæ pertimuisse minas.
Non pudet Alcidæ nutricem mille laborum,
Rasilibus calathis imposuisse manum?
Crassaque robusto deducis pollice fila,
Aequaque formosæ pensa rependis heræ.
Ah quoties, digni dum torques stamina duris,
Prævalidæ fusos comminuere manus.
Diceris infelix scuticæ tremefactus habenis,
Ante pedes dominæ pertimuisse minas.
Exuuijs positis, meritarum semina laudum,
Factaque narrabas dissimulanda tibi.
Scilicet immanes elisis faucibus hydros,
Infantem nuda dilacerаße manu.
Vt Tegeæus aper cupressifero Erymantho
Incubat, & uasto pondere lædit humum.
Non tibi Thræicus affixa penatibus ora,
Non hominum pingues cęde tacentur equę.
Prodigiumque triplex armenti diues Iberi
Geryones, quamuis in tribus unus erat.
Inque canes totidem trunco digestus ab uno
Cerberus, implicitis angue minante comis,
Quæque redundabat fęcundo uulnere serpens
Fertilis, & damnis ditior ipsa suis,
Quodq; inter læuumq; latus, dextramq; lacertum,
Prægraue compreßa fauce pependit onus,
Et malè confisum pedibus, formaq; bimembri,
Pulsum Theßalicis agmen equestre iugis:

Antæus terræ filius a lius suble uatus mactatur Ionia Græciæ reg.o Mæandro finitima.

Scutica flagellum ex corio, quo verberabātur serui. Schithos enim corium, vel pellis.

Tegeæus Arcadicus a Tegeo Archadiæ oppido.
Erymanthus mons Arcadię, in quo aprum agrorum uastatorē Hercules domuit.
Geryon tricorpor in Hispania regnabat.
Cerberus triceps.
Hydra.
Antæus.
Centauri.

Sidō vrbs Phœniciæ, vbi optima inficiebatur purpur.
Hæc tu Sidonio potès insignitus amictu
Dicere? num cultu lingua retenta silet?
Omphale Iardani filia.
Se quoque nympha tuis ornauit Iardanis armis,
Et tulit è capto nota trophæa viro.
Ironia.
I nunc, tolle animos, & fortia facta recense,
Quod tu non esses iure, vir illa fuit.
Qua tantò minor es, quantò te maxime rerum,
Quàm quos vicisti, vincere maius erat.
Illi procedit rerum mensura tuarum,
caute arguit.
Cede bonis, hæres laudis amica tuæ est.
O pudor hirsuti costis exuta leonis
Aspera texerunt vellera molle latus.
Falleris, & nescis: non sunt spolia ista leonis,
Sed tua: tuq; feræ victor es, illa tui.
Fœmina tela tulit Lernæis atra venenis,
Ferre grauem lana vix satis apta colum.
claua a Vulcano ad domandas feras Herculi tradita.
Instruxitq; manum claua domitrice ferarum,
Vidit & in speculo coniugis arma sui.
Hæc tamen audieram, licuit non credere famæ,
En venit ad sensus mollis ab aure dolor.
Ante meos oculos adducitur aduena pellex,
Iolen intelligit
Nec mihi, quæ patior, dissimulare licet.
per urbem Tyrinthū vbi Deianeira degebat.
Non sinis auerti, mediam captiua per vrbem
Inuitis oculis aspicienda venit.
Non venit incultis captarum more capillis,
coniecturam firmat.
Fortunam vultus fassa tegenda suos,
Ingreditur latè multo spectabilis auro,
Qualiter in Phrygia tu quoque cultus eras.
Dat vultum populo sublimis, vt Hercule victo,
Oechaliam viuo stare parente putes.

Forsitan

Forsitan expulsa Aetolide Deianeira,
Nomine deposito pellicis, vxor erit.
Eurytidos Ioles, atque insani Alcidæ.
Turpia famosus corpora iunget Hymen.
Mens fugit admonitu, frigusq; perambulat artus,
Et iacet in gremio languida facta manus.
Me quoque cũ multis (sed me sine crimine amasti)
Ne pigeat, pugnæ bis tibi caussa fui.
Cornua flens legit rapidis Achelous in vndis,
Truncaq; limosa tempora mersit aqua.
Semiuir occubuit vi, Lerniferoq; veneno
Nessus, & infecit sanguis equinus aquas.
Sed quid ego hæc refero? scribendi nuncia venit
Fama, virum tunicæ labe perire meæ.
Hei mihi quid feci? quo me furor egit amantem?
Impia quid dubitas Deianeira mori?
An tuus in media coniux lacerabitur Oeta?
Tu sceleris tanti caussa superstes eris?
Et quid adhuc habeo facti, cur Herculis vxor
Credar? coniugij mors mea pignus erit.
Tu quoque cognosces in me Meleagre sororem:
Impia quid dubitas Deianeira mori?
Heu deuota domus, solio sedet acrior alto,
Oenea desertum nuda senecta premit.
Exulat ignotis Tydeus germanus in oris:
Alter fatali viuus in igne fuit:
Exegit ferrum sua per præcordia mater:
Impia quid dubitas Deianeira mori?
Deprecor hoc vnum per iura sacerrima lecti,
Me videar thalamis insidiata tuis.

patronymicum a patria Aetolia, regio Græciæ, dicta ab Aetolo, Endymionis filio.

Achelous fluuius Oceani & Terræ filius.

Nessus Centaurus.

Oeta mons inter Thessaliam & Macedoniã, rogo sepulcroque Herculis insignis, a quo Hercules, Oeteus nominatur.

Meleagr' duos auunculos interfecit, quare mater illum in fatali stipite extinxit, se quoque tandem occidit.

Tydeus fratrẽ Menalippũ venando imprudens occidit, & ob.i. patriam fugit.

Nessus,(ut est, auidū percussus arundine pectus,)
Hic, dixit, uires sanguis amoris habet.
Illita Nessæo misi tibi texta ueneno:
Impia quid dubitas Deianeira mori?
Iamque uale seniorq; pater, germanaque Gorge,
Et patria, & patriæ frater adempte meę.
Et tu, lux oculis hodierna nouissima nostris,
Virque (sed ô possis) & puer Hylle uale.

ad interitum iā itura suos salutat.

IN X. EPIST. ARGVMENTVM.

Minos, Iouis & Europæ filius, Cretensis rex ob Androgeum filium, ab Atheniensibus dolose occisum, illos tandem post acria bella coegit, ut sibi pœnas penderent quotannis pueros septem, & totidem uirgines mittere, ut Minotauro (quem arte Dedali Pasiphae ex tauro genuerat, dum eius maritum Minos cum Athe niensibus bellum gereret) deuorandi traderentur. Cum uero sors Theseo contigisset, ab Ariadne edoctus est, quonam pacto, interfecto Minotauro, ex labyrintheis ambagibus egrederetur, Errabunda reges tenui uesti gia filo, ut ait Catullus, Theseus autem Creta cum Ariadne & Phædra discedens, in Naxon insulam delatus est, ubi a Baccho monitus, ut Ariadnen relinqueret: qui Dei timore perculsus, dum altissimo somno pressam animaduerteret, puellam dimisit. Quam primum igitur expergefacta est, hanc epistolam scripsit, in qua de crudelitate, & duritia Thesei, ac beneficiorum ingratitudine conqueritur, eum post multas lamentationes, & querelas rogando, ut nauem ad eam flectat.

ARIADNE THESEO.

multa hæc duo carmina nō habent.

ILla relicta feris etiam nunc, improbe Theseu,
Viuit, & hæc æqua mente tulisse uelis.

Mitius

Mitius inueni, quàm te genus omne ferarum:
Credita non ulli, quàm tibi, peius eram.
Quæ legis; ex illo Theseu tibi litore mitto,
Vnde tuam sine me uela tulere ratem.
In quo me somnusq; meus malè prodididit, & tu,
Proh facinus, somnis insidiate meis.
Tempus erat, uitrea quo primùm terra pruina
Spargitur, & tectæ fronde queruntur aues:
Incertum uigilans, an somno languida, moui
Thesea prensuras semisopita manus;
Nullus erat. referoque manus, iterumq; retento,
Perque torum moueo brachia, nullus erat.
Excussere metus somnum: conterita surgo,
Membraque sunt uiduo præcipitata toro.
Protinus adductis sonuerunt pectora palmis.
Vtque erat è somno turbida, rupta coma est.
Luna fuit: specto, si quid, nisi litora, cernam:
Quod uideant oculi, nil nisi litus, habent.
Nunc huc, nunc illuc, & utroq; sine ordine curro,
Alta puellares tardat arena pedes.
Interea toto clamanti littore, Theseu,
Reddebant nomen concaua saxa tuum.
Et quoties ego te, toties locus ipse uocabat,
Ille locus miseræ ferre uolebat opem.
Mons fuit, apparent frutices in uertice rari,
Nunc scopulus raucis pendet adesus aquis.
Ascendo, uires animus dabat, atque ita latè
Aequora prospectu metior alta meo.
Inde ego (nam uentis quoque sum crudelibus usa)
Vidi præcipiti carbasa tensa Noto.

a tempore pathos.

videtur Dryone montē significare, in quem à Baccho delata Ariadne nāquā deinceps comparuit.

Aut vidi, aut certè cùm me vidisse putarem,
Frigidior glacie, semianimisq; fui.
apta conduplicatio.
Nec languere diu patitur dolor, excitor illo,
Excitor, & summa Thesea voce voco.
Quo fugis, exclamo, scelerate reuertere Theseu,
Flecte ratem: numerum non habet illa suum.
Hoc ego, quod voci deerat, plangore replebam;
relictorũ a socijs nautarum morem exprimit.
Verbera cum verbis mista fuere meis.
Si non audires, vt saltem cernere posses,
Iactatæ latæ signa dedere manus.
Candidaq; imposui longæ velamina virgæ,
Scilicet oblitos admonitura mei.
Iamq; oculis ereptus eras, tunc denique fleui,
Torpuerant molles antè dolore genæ.
Quid potius facerent, quam me mea lumina flerẽt,
Postquam desierant vela videre tua?
Ogyges Thebarum rex: hinc Ogygius Bacchus, ideſt Thebanus.
Aut ego diffusis erraui sola capillis,
Qualis ab Ogygio concita baccha Deo:
Aut mare prospiciens in saxo frigida sedi,
Quamq; lapis sedes, tam lapis ipsa fui.
Sæpe torum repeto, qui nos acceperat ambos,
Sed non acceptos exhibiturus erat.
Et tua, quæ possum, pro te vestigia tango,
ad lectum apostrophe.
Strataq; quæ membris intepuere tuis.
Incumbo, lacrymisq; toro manante profusis,
Pressimus, exclamo, te duo, redde duos.
Venimus huc ambo, cur non discedimus ambo?
Perfide pars nostri lectule maior vbi est?
Quid faciam? quò sola ferar? vacat insula cultu;
Non hominum video, non ego facta bouum.

Omne

Omne latus terræ cingit mare: nauita nusquam est
Nulla per ambiguas puppa itura vias.
Finge dari comitesq; mihi, ventosq;, ratemq;
Quid sequar? accessus terra paterna negat.
Ut rate felici pacata per æquora labar,
Temperet & ventos Aeolus: exul ero.
Non ego te, Crete, centum digesta per vrbes,
Aspiciam, puero cognita terra Ioui.
Nam pater & tellus iusto regnata parente,
Prodita sunt facto nomina cara meo.
Cùm tibi, ne victor tecto morerere recuruo,
Quæ regerent passus, pro duce fila dedi.
Cùm mihi dicebas, Per ego ipsa pericula iuro,
Te fore, dum nostrum viuet vterque, meam.
Viuimus, & non sum, Theseu, tua, si modò viuit
Fœmina, periuri fraude sepulta viri.
Me quoque, qua fratrem, mactasses improbe claua:
Esset quam dederas, morte sepulta fides.
Nunc ego non tantum quæ, sum passura, recordor,
Sed quæcunque potest vlla relicta pati.
Occurrunt animo pereundi mille figuræ,
Morsq; minus pœnæ, q̃ mora mortis habet.
Iam iam venturos aut hàc, aut suspicor illac,
Qui lanient auido viscera dente lupos.
Forsitan & fuluos tellus alit ista leones
Qui scit, an hæc sæuas insula tigres habet?
Et freta dicuntur magnas expellere phocas.
Quis vetat & gladius per latus ire meum?
Tantum ne religer dura captiua catena,
Ne ve traham serua grandia pensa manu.

commiserationem auget.

Crete insula in medio ponto, in qua Iupiter nutritus est.

periphrasis Labyrinti.

ut honestius perfidiam ostēdat, iusiurādū repetit.

Minotaurus. Ariadnes frater.

quamuis nec leones, nec tigres habeat insula Naxon apte tamen ut femina dubitat.

Cui

Cui pater est Minos, cui mater filia Phœbi
Quodq; magis memini, quæ tibi pacta fui.
Si mare, si terras, porrectaq; litora uidi;
Multa mihi terræ, multa minantur aquæ,
Celum restabat, timeo simulachra Deorum:
Destituor rapidis præda, cibusque feris.
Siue colunt, habitantq; uiri diffidimus illis,
Externos didici læsa timere uiros
exoptatio ad cōmiserationē maxime apta, a Cecrope, primo Athenarum rege, Ceropidæ vocantur Athenienses. *Viueret Androgeos utinam, nec fata luisses*
Impia funeribus Cecropi terra tuis;
Nec tua mactaßet nodoso stipite Theseus,
Ardua parte uirum, dextera parte bouem.
Nec tibi, quæ reditus monstrarent, fila dedissem,
Fila per adductas sæpe recepta manus.
Minotaurum intelligit. *Non equidem miror, si stat uictoria tecum,*
Strataque Cretæam bellua strauit humum.
Non poterant figi præcordia ferrea cornu,
Vt te non tegeres, pectore tutus eras.
Illuc tu silices illuc adamanta tulisti,
Illic qui silices Thesea uincat, habes.
ad somnos, & uentos apostrophat. *Crudeles somni quid me tenuistis inertem?*
At semel æterna noctæ premenda fui.
Vos quoque crudeles uenti, nimiumque parati
Flaminaque in lacrymas officiosa meas.
Dextera crudelis, quæ me, fratremque necauit,
Et data poscenti nomen inane fides.
In me iurarunt somnus, uentusque fidesque
officium funebre, ubi de futuro loquuntur. *Prodita sum caussis una puella tribus.*
Ergo ego ne lacrymas matris moritura uidebo,
Nec mea qui digitis lumina condat erit.

Spiritus

Spiritus infelix peregrinas ibit in auras:
Nec positos artus unget amica manus.
Oßa super stabunt uolucres inhumata marinæ:
Hæc sunt officijs digna sepulcra meis.
Ibis Cecropios portus: patriaque receptus,
Cùm steteris turbæ celsus honore tuæ.
Et bene narraris letum taurique uirique,
Sectaque per dubias saxea tecta uias;
Me quoque narrato solam tellure relictam:
Non ego sum titulis surripienda tuis.
Nec pater est Aegeus, nec tu Pitheido Aethræ
Filius; auctores saxa, fretumque tui.
Dij facerent, ut me summa de puppe uideres:
Mouisset uultus mæsta figura tuos.
Nunc quoque nō oculis, sed qua potes, aspice mēte
Hærentem scopulo, quem uaga pulsat aqua.
Aspice demißos lugentis more capillos:
Et tunicas lacrymis (sicut ab imbre) graueis.
Corpus, (ut impulsæ segetes Aquilonibus) horret,
Litteraque articulo preßa tremente labat.
Non te per meritum, quoniam malè cessit, adoro,
Debita sit facto gratia nulla meo.
Sed ne pœna quidem, si non ego caussa salutis;
Non tamen est, cur tu sis mihi caussa necis.
Has tibi plangendo lugubria pectora, laßas
Infelix tendo transfreta longa manus,
Hos tibi, qui superant, ostendo mœsta capillos,
Per lacrymas oro, quas tua facta mouent.
Flecte ratem Theseu, uersoque relabere uento:
Si prius occidero, tu tamen ossa feres.

Ex Aethra, Pithei filia natus est Theseus.

Solita deprecatione epistolā claudit.

IN XI. EPIST. ARGVMENTVM.

Machareus & Canace, Aeoli regis ventorum filij, cũ turpiter ſe amarent, & conſanguinitatis prætextu culpam tegentes concumberent, Canace filium peperit: quem dum clam e regia per nutricem emitteret, ut aleretur infelix infans ſuo vagitu ſe auo prodidit. qui filiorum incenſus ſcelere, innocuum infantem iuſſit canibus exponi: & per ſatellitem Canace gladiũ miſit, quo illa pro meritis vteretur: ex quo ſe interfeciſſe creditur. Sed prius, quam moreretur, Machareo, qui iam in templum Appollinis Delphici aufugerat, hac epiſtola caſum ſuum, narrauit, illum precando, ut expoſiti infantis oſſa legat & una cum ſuis urna componat.

CANACE MACHAREO.

aliqui hæc duo carmina non legunt.

AEolis Aeolidæ, quam non habet ipſa ſalutẽ
Mittit, & armata verba notata manu,
Si qua tamen cæcis errabunt ſcripta lituris,
Oblitus à dominæ cæde libellus erit.

libellos pro epiſtola.

Dextra tenet calamum, ſtrictã tenet altera ferrũ,
Et iacet in gremio charta notata meo.
Hæc eſt Aeolidos fratri ſcribentis imago,
Sic videor duro poſſe placere patri.

patris crudelitatem exponit.

Ipſe necis cuperem noſtræ ſpectator adeſſet,
Auctorisq; oculis exigeretur opus.
Vt ferus eſt, multoq; ſuis truculentior Euris,
Spectaret ſiccis vulnera noſtra genis.

acerba irriſio: Scython mons Thraciæ iuxta Septentrionẽ, perpetuis damnatus niuibus.

Scilicet eſt aliquid cum ſæuis viuere ventris,
Ingenio populi conuenit ille ſui.
Ille Noto, Zephyroq;, & Scytonio Aquiloni
Imperat, & pennis Eure proterue tuis.

Imperat

Imperat heu ventis,tumidæ non imperat iræ,
Possidet & vitijs regna minora suis.
Quid iuuat admotam per auorum nomina celo, Iupiter auus Canaces.
Inter cognatos posse referre Iouem?
Num minus infestum funebria munera,ferrum
Fœminea teneo non mea tela manu?
O vtinam,Machareu,quæ nos conjunxit in vnũ* *commisit
Venisset leto serior hora meo.
Cur vnquam plus me frater, quàm frater,amasti? pathos a facta penitentia.
Et tibi (non debet quod soror esse,) fui?
Ipsa quoque incalui,qualemq; audire solebam,
Nescio quem sensi corde repente Deum. Cupidinem significat.
Fugerat ore color,macies obduxerat artus,
Sumebant minimos ora coacta cibos.
Nec somni faciles, & nox erat annua nobis:
Et gemitum nullo læsa dolore dabam.
Nec cur hoc facerem, poterã mihi reddere caussã: signa amantis.
Nec noram quid amans esset, at illud eram.
Prima malum nutrix animo præsensit anili:
Prima mihi nutrix, Aeoli,dixit,Amas.
Erubui, gremioque pudor deiecit ocellos:
Hæc satis in tacita signa fatentis erant.
Iamque tumescebant vitati pondera ventris,
Aegraque furtiuum membra grauabat onus.
Quas mihi non herbas,quæ nõ medicamina nutrix
Attulit, audaci supposuitq; manu.
Vt penitus nostris (hoc te celauimus vnum)
Visceribus crescens excuteretur onus?
Ah nimiùm viuax admotis restitit infans
Artibus,& tectus tutus ab hoste fuit.

Iam

Iam nouies erat orta soror pulcherrima Phœbi,
Denaque luciferos Luna uehebat equos:
Nescia quæ faceret subitos mihi caußa doloris,
Et rudis ad partus, & noua miles eram.
Nec tenui uocem: Quid (ait) tua crimina prodis?
Oraque clamantis conscia preßit anus.
Quid faciam infelix? gemitus dolor edere cogit;
Sed timor, & nutrix, & pudor ipse uetant.
syncopa. *Continuò gemitus; elapsaque uerba reprendo:*
Et cogor lacrymas combibere ipsa meas.
Mors erat ante oculos, & opem Lucina negabat;
Lucina, Dea partus. *Et graue (si morerer) mors quoque crimen erat.*
Cùm super incumbens, scissa tunicaque comaque
Pressa refouisti pectora nostra tuis.
Et mihi, Viue soror, soror ò clarissima, dixti,
Viue, nec unius corpore perde duos.
Spes bona det uires, fratri nam nupta futura es:
Illius, de quo mater es, uxor eris.
Mortua (crede mihi) tamen ad tua uerba reuixi,
Et positum est uteri crimen, onusque mei.
Quid tibi grataris? media sed & Aeolus aula:
Crimina sunt oculis surripienda patris,
Frondibus infantem, ramisque albentis oliuæ,
Et leuibus uittis sedula celat anus.
Fictaque sacra facit, dicitque precantia uerba:
Dat populus sacris, dat pater ipse uiam.
facinus cognitum a patre. *Iam prope limen erat, patris uagitus ad aures*
Venit, & indicio proditur ille suo.
Eripit infantem, mentitaque sacra reuelat
AEolus: insana regia uoce sonat.

Vt

Ut mare fit tremulum, tenui cùm stringitur aura Comparatio.
Ut quatitur tepido fraxina uirga Noto:
Sic mea uibrari pallentia membra uideres;
Quassus ab imposito corpore lectus erat.
Irruit, & nostrum vulgat clamore pudorem,
Et uix a misero continet ora manus.
Ipsa nihil præter lacrymas, pudibunda profudi:
Torpuerat gelido lingua retenta metu.
Iamq; dari paruum canibusq;, auibusq; nepotem
Iusserat, in solis destituiq; locis.
Vagitus dedit ille miser, sensisse putares,
Quaq; suum poterat uoce rogabat auum.
Quid mihi tunc animi credis germane fuisse?
**Tu potes ex animo colligere ipse tuo.* * aliàs, Nã.
Cùm mea me coram syluas inimicus in altas
Viscera montanis ferret edenda lupis.
Exierat thalamo, tum demum pectora planxi,
Contigit inq; meas vnguibus ire genas,
Interea patrius uultu mœrente satelles Satelles ad Canacem.
Venit, & indignos edidit ore sonos:
Aeolus hunc ensem mittit tibi: tradidit ensem,
Et iubet ex merito scire, quid iste uelit.
Scimus, & utemur uiolento fortiter ense,
Pectoribus condam dona paterna meis. Cãna ce respondet.
His mea muneribus genitor connubia donas?
Hac tua dote pater filia diues erit? ad patrem.
Tolle procul decepte faces Hymenæe maritas,
Et fuge turbato tecta nefanda pede,
Ferte faces in me (quas fertis) Erinnyes atræ, ad Hymenæũ.
Vt meus ex isto luceat igne rogus. ad Erinnyes infernales furias.

Parca meliore, idest, fortunatiori augurio.

Nubite felices, Parca meliore, sorores,
Admissi memores, sed tamen este mei.
Quid puer admisit tam paucis editus horis?
Quo læsit facto uix bene natus auum?
Si potuit meruiße necem, meruisse putetur:
Ah miser admisso plectitur ille meo.
Nate dolor matris rapidarum præda ferarum,
Hei mihi natali dilacerate tuo.

Nate, sine doloris amplificatio ne ad natũ apostrophas.

Nata parum fausti miserabile pignus amoris,
Hęc tibi prima dies, hæc tibi summa fuit.
Non mihi te licuit lacrymis perfundere iustis,
In tua nec tonsas ferre sepulchra comas.
Non superincubui, non oscula frigida carpsi.
Diripiunt auidæ uiscera nostra feræ.
Ipsa quoq; infantis cũ uulnere persequar umbras,
Nec mater fuero dicta, nec orba diu,
Tu tamen ò frustra miseræ sperate sorori,
Sparsa precor nati collige membra tui.
Et refer ad matrem, socioq; impone sepulchro,
Vrnaq; nos habeat qualibet arcta duos.
Viue memor nostri, lacrymasq; in funere funde,
Neve reformida corpus amantis amans.
Tu (rogo) proiectæ nimium mandata sororis
Perfer, mandatis perfruar ipsa patris.

IN XII. EPIST. ARGVMENTVM.

Cum florida iuuentute & formositate ualeret Iason, quam primum Colchon attigit, a Medea Aeetæ Colchorum regis & Ecates filia receptus est, & amatus, habitaque coniugij sponsione illum edocuit quonam pacto in optatam deueniret prædã. Aureo igitur vel-

lere

lere rapto, clam cum Medea fugam arripuit. Quos cũ insequeretur Aeeta, illa Absyrti fratris, quem secum ducebat, membra disparsit, ut ita patrem, ossa filij legentem, remoraretur: & sic incolumes Thessaliam tandem deuenerunt. Vbi Aesonem Iasonis patrem annis iam decrepitum, in rebustionem ætatem reduxit. Medea præterea in Peliæ mortem suas filias armauit: fingens enim ei iuuentutem restituere velle, quemadmodum Aesoni fecerat, filiabus persuasit, omnem sanguinem frigidum atq; ueterem cultris exhaurirent, ut nouum atque floridum posset infundere. Quod cum fecissent puellæ, statim expirauit Pelias. Iason uero siue criminis enormitate seu ex alia causa, Medeam repudiauit, & Creusam Creontis regis Corinthiorum filiam in vxorem assumpsit. Furibunda igitur Medea ad Iasonem scripsit, ingratitudinẽ in eo expostulando, præsentemque vltionem, nisi recipiatur, minitando.

MEDEA IASONI.

Exul, inops, contempta nouo medea marito
Dicit, & an regni tempora nulla uacant?
Vt tibi Colchorum memini regina uacaui,
Ars mea cum peteres, ut tibi ferret opem:
Tunc quæ dispensant mortalia fata sorores,
Debuerant fusos euoluisse suos.
Tunc potui Medea mori bene: quidquid ab illo
Produxi uitæ tempore, pęna fuit.
Hei mihi, cur unquam iuuenilibus acta lacertis
Phryxeam petijt Pelias arbor ouem?
Cur unquam Cholchi Magnetula uidimus Argon?
Turbaq; Phasiacam Graia bibistis aquam?
Cur mihi plus æquo, flaui placuere capilli?
Et decor, & linguæ gratia ficta tuæ?

Aliqui hęc duo carmina adulterina dicunt.

Parcę fatales Cloto, Lachesis & Atropos.

Argon nauim intelligit in Pelio Thessaliæ mõte natam, & in Magnetida regione Thessaliæ proxima fabricatam.

Aut saltē (in nostras quoniā noua puppis arenas
Venerat, audaces attuleratq; uiros)

* aliàs, præmeditatus.

*Ißet anhelatos non * præmordiatus in ignes*
Immemor Aesonides, oraq; adunca boum.
Semina iecisset, totidem sumpsißet & hostes,
Et caderet cultu cultor ab ipse suo.
Quantum perfidiæ tecum scelerate, perisset?
Dempta forent capiti quàm mala meo.
Est aliqua ingrato meritum exprobrare uoluptas,
Hac fruar, hæc de gaudia sola feram.
Iussus in expertam Colchos aduertere puppim,
Intrasti patriæ regna beata meæ.

Officia sua cōmēdādo Creusam Creontis filiā secum confert.

Hoc illic Medea fui noua nupta quod hic est,
Quàm pater est illi, tam mihi diues erat.

Ephyrē, idest, Corynthum ab Ephyre, Oceani filia inter Ionium & Aegęū mare sita.

Hic Ephyrē bimarem, Scythiam tenet ille niuosā,
Omne tenet ponti, quà plaga læua iacet.
Excipit hospitio iuuenes pater Aeta Pelasgos,
Et premitis pictos corpora Graia toros.
Tunc ego te uidi, tunc cœpi scire, quis eßes,
Illa fuit mentis prima ruina meæ.

primum, ut, tēpus, reliquum quomodo significat.

Vt uidi, ut perij, nec notis ignibus arsi,
Ardet ut ad magnos pinea teda deos.
Et formosus eras, & me mea fata trahebant,
Abstulerant oculi lumina nostra tui.

sex Acestes. et


Perfide sensisti: quis enim bene celat amorem?
Eminet indicio prodita flamma suo.
Dixerat interea tibi rex, vt dura ferorum
Insolito premeres uomere colla boum,

pericula commemorat.

Martis erant tauri plus quàm per cornua sæui,
Quorum terribilis spiritus ignis erat.

Aere

Aere pedes solidi, prætentaq; naribus æra,
Nigra per afflatus hæc quoque facto suos.
Semina præterea populos genitura iuberis
Spargere deuota lata per arua manu.
Qui peterent natis secum tua corpora telis:
Illa erat agricolæ meßis iniqua suo.
Lumina custodis succumbere noscia somno, Draco peruigil.
Vltimus est, aliqua decipere arte, labor.
Dixerat Aetes, mœsti consurgitis omnes,
Mensaq; purpureos deserit alta toros.



Quam tibi tunc longe regnum dotale Creusæ,
Et socer & magni nata Creontis erat?
Tristis abis, oculis abeuntem prosequor udis,
Et dixit tenui murmure lingua, Vale,
Vt positum tetigit thalamo malè saucia lectum,
Acta est per lacrymas nox, mihi, quanta fuit.
Ante oculos, tauriq; meos, segetesq; nefandæ,
Ante meos oculos peruigil anguis erat.
Hinc amor, hinc timor est: ipsũ timor auget amorem
Mane erat, & thalamo cara recepta soror. Calliope soror, Synecdoche.
Disiectamq; comas, auersaq; in ora iacentem,
Inuenit & lacrymis omnia plena meis.
Orat opem Minyis, petit altera, & altera habebit,
Aesonio iuueni, quod rogat illa, damus. Tẽplum Dianæ.
Est nemus, & piceis, & frondibus ilicis atrum,
Vix illuc radijs Solis adire licet.
Sunt in eo (fuerant certè) delubra Dianæ,
Aurea barbarica stat Dea facta manu. a dubitatione
Nescio an exciderint mecum loca: uenimus illuc, pathos. Verba Iasonis
Ausus es infido sic prior ore loqui: ad Medeam.

Ius tibi, & arbitrium nostræ fortuna salutis
Tradidit, inq; tua est uitaq; morsq; manu.
Sol Medeæ auus. *Perdere posse sat est, si quem iuuat ista potestas,*
Sed tibi seruatus gloria maior ero.
Per mala nostra precor, quorũ potes esse leuamẽ,
Per genus, & numen cuncta uidentis aui:
Diana triplici uultu depingebatur. *Per tripliceis uultus, arcanaq; sacra Dianæ,*
Et si fortè aliquos gens habet ista Deos:
O uirgo miserere mei, miserere meorum,
Effice me meritis tempus in omne tuum.
Quòd si fortè uirum non dedignare Pelasgum,
(Sed mihi tam facileis unde meosq; Deos?)
Spiritus antè meus tenueis uanescat in auras:
Firmat sponsionem iureiurando. *Quàm thalamo, nisi tu, nupta sit ulla meo.*
Conscia sit Iuno sacris præfecta maritis,
Et Dea, marmorea cuius in ęde sumus.
Hęc animũ, & quota pars, poßent mouere puellæ
Simplicis, & dextræ dextera iuncta meæ,
Vidi etiã lacrymas; an & est pars fraudis in illis?
Sic citò sum uerbis capta puella tuis.
Auget pericula ut sua beneficia maiora appareant. *Iungis & æripedes in adusto corpore tauros,*
Et solidum iusso uomere findis humum.
Arua uenenatis pro semine dentibus imples,
Nascitur & gladios scutaq; miles habens.
Ipsa ego quæ dederam medicamina, pallida sedi,
Cum uidi subitos arma tenere uiros.
Creusam in odium uertere nititur, officia officiis comparando. *Donec terrigenæ (facinus miserabile) fratres*
In se constrictas conseruere manus.
Peruigil ecce draco squãmis crepitantibus horrẽs
Sibilat, & torto pectore uertit humum.

Dotis opes ubi erant? vbi erat tua regia coniux,
Quiq; maris gemini distinet Isthmos aquas?
Illa ego, quæ tibi sum nunc deniq; barbara facta,
Nunc tibi sum pauper, nunc tibi uisa nocens.
Flammea subduxit medicato lumina somno;
Et tibi quæ raperes uellera, tuta dedi.
Proditus est gentior, regnum, patriamq; reliqui,
*Munus in exilio * quodlibet esse tuli.* *alias, quod licet.
Virginitas facta est peregrini præda latronis,
Optima cum cara matre relicta soror.
At te non fugiens sine me germane reliqui,
Deficit hoc uno litera nostra loco. Fratrem Absyrtũ interfecisse dolet,
Qđ facere ausa mea est, nõ audet scribere, dextra:
Sic ego, sic tecum dilaceranda fui.
Nec tamẽ extinui (quid enim post illa timerem?)
Credere me pelago fœmina iamq; nocens.
Numen ubi est? ubi Dij? meritas subeamus in alto,
Tu fraudis pęnas, crudelitatis ego.
Compressos utinam Symplegades elisissent, Symplegades duo Scopuli in Bosphoro Thracio.
Nostraq; adhærerent ossibus ossa tuis.
Aut nos Scylla rapax canibus misisset edendos, Scylla, & Charybdis pericula in mari Siculo, siue Trinacrio.
Debuit ingratis Sylla nocere uiris.
Quæq; uomit totidem fluctus, totidemq; resorbet,
Nos quoque Trinacriæ supposuisset aquæ.
Sospes ad Aemonias, uictorq; reuerteris urbes:
Ponitur ad patrios aurea lana Deos.
Quid referam Peliæ natas pietate nocentes?
Cæsaq; uirginea membra paterna manu?
Ut culpent alij, tibi me laudare necesse est,
Pro quo sum toties esse coacta nocens.

Ausus es ò (iusto desunt sua verba dolori)
Ausus es Aesonia dicere cede domo.
Iussa domo cessi natis comitata duobus,
Et, qui me sequitur semper, amore tui.
At subito nostras ut Hymen cantatus ad aures
Venit, & accenso lampades igne micant:
Tibiaq; effudit socialia carmina nobis,
At mihi funesta flebiliora tuba:
Pertimui, nec adhuc tantum scelus esse putabam,
Sed tamen in toto pectore frigus erat.
Turba ruunt, & Hymē clamāt, Hymenaea frequē(tant,
Quò propior vox est, hoc mihi peius erat.
Diuersi flebant serui, lacrymasq; tegebant,
Quis vellet tanti nuncius esse mali?
Me quoq;, quidquid erat, potius nescire iuuabat,
Sed tanquam scirem, mens mea tristis erat.
Cùm minor è pueris iussus, studioq; uidendi
Constitit ad geminae limina prima foris.
Hinc mihi, mater abi, pompā pater (inquit) Iason
Ducit, & adiunctos aureus urget equos.
Protinus abscissa planxi mea pectora ueste,
Tuta nec a digitis ora fuere meis.
Ire animus mediae suadebat in agmina turbae,
Sertaq; compositis demere rapta comis.
Vix me continui, quin sic laniata capillos
Clamarem, meus est, inijceremq; manus.
Laese pater gaude, Colchi gaudete relicti,
Inferiis umbrae fratris habete mei.
Deseror amissis regno, patriaq;, domoq;,
Coniuge, qui nobis omnia solus erat.

Hymen pro nuptias, quibus praeest.
quinque lāpades sine faces in nuptiis accēdebantur.
tuba funeribus adhibebatur.
Hymenaea, scilicet festa.

Verba pueri ad matrem.

synecdoche.

pathos a gaudio.
inferias, id est, sacra quae alicuius occisione fiebant.

Serpentes igitur potui, taurosq; furentes,
Unum non potui perdomuisse virum.
Quæq; feros repuli doctis medicatibus ignes,
Non ualeo flammas effugere ipsa meas.
Ipsi me cantus, artes, herbæq; relinquunt,
Nil dea, nil Hecates sacra potentis agunt.
Non mihi grata dies, noctes uigilantur amaræ,
Nec tenet in misero pectore somnus adest.
Quæ me non poßum, potui sopire draconem:
Vtilior cuiuis, quam mihi, cura mea est.
Quos ego seruaui pellex amplectitur artus:
Et nostri fructus illa laboris habet.
Forsitan, & stulte dum te iactare marite
Quæris, & iniustis auribus apta loqui:
In faciem, moresq; meos noua crimina fingis:
Rideat, & uitijs læta sit illa meis.
Rideat, & Tyrio iaceat sublimis in ostro,
Flebit, & ardores uincet adusta meos.
Dum ferrum flammæq; aderunt, succusq; ueneni;
Hostis Medeæ nullus inultus erit.
Quòd si fortè preces præcordia ferrea tangunt,
Nunc animis audi uerba minora meis.
Nam tibi sum supplex, quod tu mihi sæpe fuisti,
Nec moror ante tuos procubuisse pedes,
Si tibi sum uilis, communeis respice natos:
Sæuiet in partus dira nouerca meos.
Et nimium similes tibi sunt, & imagine tangor,
Et quoties uideo, lumina nostra madent.
Per superos oro, per auitæ numina flammæ,
Per meritum, & natos pignora nostra tuos.*

Dea Proserpina quæ magicis præest. Hecate Perses filia crudelissima, quæ aconiton inuenit: quo patrē interemit: Est etiā Hecate triū potestatū Dea, uel quòd centū hostiis placetur, uel quod centū annos errare faciat ī sepultos. Ipsa autem Lucina, Diana, & Proserpina.

amara concessio.

Medea Creusā cū patre & domo exussit.

a notorum incommoditate querela.

*aliàs, duos.

Redde

Redde torum, pro quo tot res insana reliqui,
Adde fidem dictis, auxiliumq; refer.
Non ego te imploro contra taurosq;, virosq;,
A facili. *Utq; tua serpens victa quiescat ope:*
Te peto quem merui, quem nobis ipse dedisti,
Cum quo sum pariter facta parente parens.
Beneficia pro dote obijcit. *Dos ubi sit quæris? campo numerauimus illo,*
Qui tibi laturo vellus arandus erat.
Synæresis. *Aureus ille aries uillo spectabilis aureo,*
Dos mea, quam, dicam si tibi, redde, neges.
Dos mea, tu sospes, dos est mea Graia iuuentus:
Sisyphus Creōtis pater. *I nunc, Sisyphias improbe confer opes.*
eclipsis indignationi apta. *Quòd uiuis, & habens nuptam, socerumq; potentē,*
Hoc ipsum, ingratus quòd potes esse, meum est:
actutum, confestim. *Quos equidem actutum: sed quid prædicere pœnā*
Attinet? ingentes parturit ira minas.
Quo feret ira, sequar, facti fortasse pigebit,
Et piget infido consuluisse uiro.
Cupido. *Viderit ista Deus, qui nunc mea pectora uersat,*
Nescio quid certè mens mea maius agit.

IN XIIII. EPIST. ARGVM.

Protesilaus, Iphicli filius, ad Troiam quadraginta nauibus, vt ait Homerus nauigans, cum cæteris Græcis Aulide portu Bœotiæ ob tempestatem clausus est, quod dum intellexisset Laodameia Acasti ex Laudothea filia, atque eius uxor, sincere maritū amans, multis somnijs sollicitata, hanc epistolam ad eum scripsit: qua suadet, ut oraculi memor, a belli periculis abstineat. Datum enim Græcis fuerat responsum: eum qui primus ex classe in terram Troianorum descendisset, periturum. At Protesilaus magnanimus primus in terram descendit, & ab Hectore occisus est.

LAODAMEIA PROTESILAO.

MIttit, & optat amãs, quò mittit, ire, saluté,
Hæmonis Hæmonio Laodameia uiro.
Aulide te fama est uento retinente morari,
Ah, me cùm fugeres, hic ubi uentus erat? — Aulide pro Aulidi, Seruio teste.
Tunc freta debuerant uestris obsistere remis,
Illud erat sæuis utile tempus aquis.
Oscula plura uiro, mandataq; plura dedissem,
Et sunt, quæ uolui dicere, * plura tibi. — * multa.
Raptus es hinc præceps: & qui tua uela uocaret,
Quem cuperent nautæ, non ego, uentus erat.
Ventus erat nautis aptus, non aptus amanti,
Soluor ab amplexu, Protesilao tuô.
Linguaq; mandatis uerba imperfecte reliquit,
Vix illud potui dicere triste, Vale.
Incubuit Boreas, arreptaq; uela tetendit,
Iamq; meus longè Protesilaus erat.
Dum potui spectare uirum, spectare iuuabat,
Sumq; tuos oculos usque secuta meis.
Vt te non poteram, poteram tua vela videre,
Vela diu vultus detinuere meos.
At postquam nec te, uela ne c fugacia uidi,
Et, quod spectarem, nil nisi pontus erat:
Lux quoque tecum abijt, tenebris exãguis obortis
Succiduo dicor procubuisse genu.
Vix socer Iphiclus, uix me grandæuus Acastus,
Vix mater gelida mœsta refecit aqua.
Officium fecere pium, sed inutile nobis:
Indignor miserę non licuiße mori.

Vtque

Vtq; animus rediit, pariter rediere dolores,
Pectora legitimus costa momordit amor.
Nec mihi pectendos cura est præbere capillos,
Nec libet aurata corpora ueste tegi.
Vt quas pampinea tetigisse bicorniger hasta
Creditur, huc illuc quà furor egit, eo.
Conueniunt matres Phylaceides, & mihi clamāt,
Indue regales Laodameia sinus.
Scilicet ipsa feram saturatas murice uestes:
Bella sub Iliacis mœnibus ille geret?
Ipsa comas pectam? galea caput ille premetur?
Ipsa nouas uestes, dura uir arma ferat?
Quo possum, squallore tuos imitata labores
Dicar, & hæc belli tempora tristis agam.
Dux Pari Priami de damno formose tuorum,
Tam sis hostis iners, quàm malus hospes eras.
Aut te Tænariæ faciem culpasse marite,
Aut illi uellem displicuisse tuam.
Tu, qui pro rapta nimium Menelae laboras,
Hei mihi, quam multis flebilis ultor eris.
Dii, precor, à nobis omen remouete sinistrum,
Et sua det reduci uir meus arma Ioui.
Sed timeo, & quoties subiit miserabile bellum,
More niuis lacrymæ solæ madentis eunt.
Ilion, & Tenedos, Simoisq;, & Xanthus, & Ide,
Nomina sunt ipso pene timenda sono.
Nec rapere ausurus (nisi se defendere posset)
Hospes erat, uires nouerat ille suas.
Venerat (ut fama est) multo spectabilis auro,
Quiq; suo Phrygias corpore ferret opes.

A cultus negligentia pathos. Bacchus cornibus effigiatur ob elationem, quā feruor uini inducit. Phylace urbs Thessaliæ, cui Protesilaus imperabat.

Ad Paridem apostrophat.

Tænarus Laconiæ promontorium, unde Helena fuit.

Protesilaus pede in limine offensio omē dederat.

Tenedos insula cōtra Troiam.

Classe, uirisq; potens, per quę fera bella geruntur,
Et sequitur regni pars quota quenque fui. ad Helenam.
His ego te uictam consors Ledæa gemellis
Suspicor, hęc Danais posse nocere puto.
Hectora, nescio quem timeo, Paris Hectora dixit
Ferrea sanguinea bella mouere manu.
Hectora, quisquis is est (si sum tibi chara) caueto:
Signatum hoc memori pectore nomen habet.
Hunc ubi uitaris, alios uitare memento,
Et multos illic Hectoras esse puta.
Et facito, ut dicas quoties pugnare parabis,
Parcere me iussit Laodameia sibi:
Si cadere Argolico fas est sub milite Troiam,
Te quoque non ullum uulnus habente cadat.
Pugnet, & aduersos tendat Menelaus in hostes a iusto arguit.
Vt rapiat Paridi, puam Paris ante sibi.
Irruat, & caussa quem uincit, uincat & armis,
Hostibus è medijs nupta petenda uiro est.
Caussa tua est dispar, tu tantum uiuere pugna,
Inq; pios dominæ posse redire sinus.
Parcite Dardanidæ de tot (precor) hostibus uni, apostrophe pathos augetur.
Ne meus ex illo corpore sanguis erat.
Non est, quem deceat nudo concurrere ferro,
Sæuaq; in oppositos pectora ferre uiros.
Fortius ille potest multo, qui pugnat amore:
Bella gerant alij, Protesilaus amet.
Hunc fateor, uolui reuocare, animusq; ferebat,
Substitit auspicijs lingua timore mali.
Cum foribus uelles ad Troiam exire paternis:
Pes tuus offenso limine signa dedit.

Pedum offensiones mala ferebāt præsagia: unde Tibullus: O quoties ingressus iter mihi tristia dixi. Offensum a porta signa dedisse pedem.

Mouet, ut sibi prospiciat, ne præsagia mortis effectū sortiantur.

Vt uidi, ingemui: tacitoq; in pectore dixi,
Signa reuersuri sint precor ista uiri.
Hęc tibi nunc refero, ne sis animosus in armis,
Fac meus in uentos hic timor omnis eat.
Sors quoque nescio quem fato designat iniquo,
Qui primus Danaum Troada tanget humum.
Infelix quę prima uirum lugebit ademptum,
Dij faciant, ne tu strenuus esse uelis.
Inter mille rates tua sit millesima puppis,
Iamq; fatigatas ultima uerset aquas.
Hoc quoque præmoneo, de naue nouissimus exi.
Non est, quò properes, terra paterna tibi.
Cum uenies, remoq; moue, ueloq; carinam,
Inq; tuo celerem litore siste gradum.
Siue latet Phœbus, seu terris altior extat,
Tu mihi luce dolor, tu mihi nocte uenis.
Nocte tamen, quam luce, magis nox grata puellis,
Quarum suppositus colla lacertus habet.
Aucupor in lecto mendaces cęlibe somnos,
Dum careo ueris, gaudia falsa iuuant.

Futurum Protesilai interitum præsagit.

Sed tua cur nobis pallens occurrit imago?
Cur venit a uerbis multa querela tuis?
Excucior somno, simulacraq; noctis adoro,
Nulla caret fumo Thessalis ara meo.
Thura damus, lacrymasq; sup: quæ sparsa relucet,
Vt solet à fuso surgere flamma mero.
Quando ego te reducem cupidis amplexa lacertis,
Languida lætitia soluar ab ipsa mea?
Quando erit, ut lecto mecum bene iunctus in uno
Militię referas splendida facta tuæ?

Quæ

Quæ mihi dum referes (quamuis audire iuuebit)
Multa tamen rapies oscula, multa dabis.
Semper in his aptè narrantis uerba resistunt,
*Promptior est dulci lingua * referre mora.* — * aliàs, retenta.
Sed cum Troia subit subeunt uentiq́; fretumq́;,
Spes bona sollicito uicta timore cadit.
Hoc quoque, quòd uenti prohibent exire carinas, — A maiori argumentum.
Me mouet, inuitis ire paratus aquis,
Quis uelit patriam uento prohibente, reuerti?
A patria pelago uela uetante datis. — A deorum uolũtare nauigationem cõ suadet.
Ipse suam non præbet iter Neptunus ad urbem,
Quò ruitis? uestras quisque redite domos.
Quò ruitis Danai? uentos audite uetantes,
Non subiti casus, numinis ista mora est.
Quid petitur tanto, nisi turpis adultera, bello? — A causa dissuasio.
Dum licet, Inachiæ uertite uela rates. — Ab Inacho uetustissimo Argiuorũ rege Græci Inachij dicti sunt.
Sed quid ego hæc reuoco? reuocantis omen abesto,
Blandaq́; compositas aura secundet aquas,
Troadas inuideo, quæ sic lachrymosa suorum — Inuideo cum accusatiuo.
Funera conspicient, nec procul hostis erit.
Ipsa suis manibus forti noua nupta marito
Imponet galeam, barbaraq́; arme dabit.
Arma dabit, dũq́; armæ dabit, simul oscula sumet,
Hoc genus officij dulce duobus erit.
Producetq́; uirum, dabit & mandata reuerti:
Et dicet, referas arma, fac ista Ioui.
Ille ferens dominæ mandata recentia secum,
Pugnabit cautè, respicietq́; domum.
Exuet & reduci galeam, clypeumq́; resoluet,
Excipietq́; suo corpora laxa sinu.

Nos

Nos sumus incertæ, nos anxius omnia cogit,
Quæ possunt fieri, facta putare timor.
Asiã significat, quæ ab Europa diuersa est, ubi bellũ a Græcis gerebatur, qui Europæi erant. *Dum tamen arma geris diuerso miles in orbe,*
Quę referat uultus, est mihi cera, tuos.
Illi blanditias, illi tibi debita uerba
Dicimus, amplexus accipit illa meos.
Crede mihi, plus est, quàm quod uideatur, imago:
Adde sonum ceræ, Protesilaus erit.
Hanc specto, teneoque sinu pro coniuge vero,
Et tanquam possit uerba referre, queror.
iureiurãdo epistolã terminat. *Per reditus, corpusque tuum, mea numina, iuro,*
Perque pares animi, coniugijque faces,
Perque (quod ut uideam canis albere capillis)
Quod tecum possis ipse referre caput:
suppres sit mortuus. *Me tibi uenturam comitem quocunque uocaris,*
Siue (quod heu timeo) siue superstes eris.
Vltima mandato claudatur epistola paruo,
Sit tibi cura mei, sit tibi cura tui.

IN XIIII. EPIST. ARGVM.

Danaus, Beli Prisci filius ex pluribus cõiugibus quinquagintá filias suscepit quas dum AEgistus eius frater, cui totidem erant filij postulasset in nurus, Danaus oraculi responso comperto se manibus generi moriturũ, uolés periculũ euitare, Argos venit. Indignatos autẽ Aegistus eo quod spretus esset, filios cũ exercitu ad illũ oppugnandũ misit, hac lege, ut nõ nisi interẽpto Danao ad se redirent, aut filiarũ conubiã inissent. Ille autẽ obsidione coactus filias se daturũ spopõdit. Sed puellæ, accepto a patre gladio, ut iussum erat, prima nocte cum uino, lætitiaque calẽtes iuuenes in profundissimũ soporẽ descẽdissẽt, vnaquæque suũ iugulauit: sola

Hyper-

Hypermnestra excepta, quę Lino, quē Eusebius Linceum appellat marito suo miserta, pepercit; suasitq́ue, vt ad patrem Aegyptum, detecto facinore, quamprimum fugeret. Sed cum pater Danaus ab omnibus perfectum facinus intellexisset, præterquam ab Hypermnestrá, eam crudelissime uinctam in carcere seruādam tradidit. Quare Linum patruelem, eundemq́; maritū, quem seruauerat, hac epistola rogat, vt uel opē ferat, captiuitateq́; liberet: uel si mori contingat, ut sepulturę honore non careat. A Lino tandem, Danao trucidato, fuit liberata.

HYPERMNESTRA LINO.

Mittit Hypmnestra de tot modò fratrib. uni,
Cętera nuptarum crimine turba iacet.
Clausa domo teneor, grauibusq́; coercita uinclis,
Est mihi supplicij causa, fuisse piam.
Quòd manus extimuit iugulo demittere ferrum,
Sum rea: laudarer, si scelus ausa forem.
Esse ream præstat, quàm sic placuisse parenti: A facti constantia Linum sibi conciliat.
Non piget immuneis cædis habere manus.
Me pater igne licèt (quem non uiolauimus) urat,
Quęq́; aderant sacris, tendat in ora faces:
Aut illo iugulet (quem non bene tradidit) ense,
Vt qua non cecidit uir nece, nupta cadam:
Non tamen, ut dicant morientia, Pœnitet, ora,
Efficiet. non est, quam piget esse piam.
Pęniteat sceleris Danaum, sęuasq́; sorores:
Hic solet euentus facta nefanda sequi.
Cor pauet admonitu temeratæ sanguine noctis,
*Et subitus dextræ *præpedit ossa tremor.* **aliàs, præscidit.*
Quam tu cæde putes fungi potuisse mariti,
Scribere de facta non sibi cęde timet,

Sed

crepusculum. *Sed tamen experiar: modo facta crepuscula terris,*
Vltima pars lucis, primaq; noctis erat:
Ducimur Inachides sub magni tecta Pelasgi,
Et socer armatas accipit ipse nurus:
Vndiq; collucent præcinctæ lampades auro,
Inachides pro neptes Inachi. *Dantur in inuitos impia thura focos.*
Danaus arcē a Pelasgio Iouis & Niobes filio prius inhabitatam incoluit. *Vulgus Hymē Hymenæe vocāt, fugit ille vocātes,*
Ipsa Iouis coniux cessit ab vrbe sua.
Ecce mero dubij comitum clamore frequentes,
Flore nouo madidas impediente comas.
Iunonem argis natam scribit Strabo. *In thalamos læti, thalamos sua busta, feruntur,*
Strataq; corporibus funere digna premunt.
Iamq; cibo, vinoq; graues, somnoq; iacebant,
Securumq; quies alta per Argos erat:
Hoc Argus, vel hi Argi, vrbs in Achaia, non lō ge a Mycenis. *Circum me gemitus morientem audire videbar,*
Et tamen audieram, quodq; verebar, erat.
Sanguis abit, mentemq; calor, corpusq; reliquit,
Inq; nouo iacui frigida facta toro.
Vtq; leui Zephyro graciles vibrantur aristæ,
Frigida populeas vt quatit aura comas:
Aut sic, aut etiam tremui magis: ipse iacebas;
Quæq; tibi dederam, vina soporis erant.
Excussere metum violenti iussa parentis,
Erigor, & capio tela tremente manu.
Non ego falsa loquar, ter acutum sustulit ensem,
Ter malè sublato decidit ense manus.
At rursus monitis, iussuq; coacta parentis,
Admoui iugulo tela paterna tuo?
Sed timor, & pietas crudelibus obstitit ausis,
Castaq; mandatum dextra refugit opus.

Purpu-

Purpureos laniata sinus, laniata capillos, disputat in vtrã que partẽ quid agendum sit.
Exigua dixi talia verba sono.
Sæuus, Hypermnestra pater est tibi iussa parentis
Effice; germanis sit comes iste suis.
Fœmina sum, & virgo natura mitis & annis,
Non faciunt molles ad fera tela manus.
Quin age; dumq; licet forteis imitare sorores, mor: muliebri mẽtem variat.
Credibile est cæsos omnibus esse viros.
Si manus hæc aliquam posset committere cædem,
Morte foret dominæ sanguinolenta suæ.
Quid meruere necem patruelia regna tenendo? contra patrem argumentatur.
Quæ tamen externis danda forent generis.
Finge viros meruisse mori: quid fecimus ipsæ?
Quo mihi commisso, non licet esse piam?
Quid mihi cum ferro? quid bellica tela puellæ?
Aptior est digitis lana, colusq; meis.
Hæc ego: dũq; queror, lachrymę sua uerba sequunt
Deq; meis oculis in tua membra cadunt.
Dum petis amplexus, sopitaq; bracchia iactas,
Penè manus telo saucia facta tua est.
Iamq; patrem, famulosq: patris, lucemq; timebã,
Expulerant somnos hæc mea verba tuos.
Surge age Belide de tot modò fratribus vnus, patronymicum a Belo auo.
Nox tibi, ni properes, ista perennis erit,
Territus exurgis, fugit omnis inertia somni, antithesis.
Aspicis in timida fortia tela manu.
Quærenti causam, dum nox sinit, effuge, dixi,
Dum nox atra sinit, tu fugis; ipsa moror.
Manè erat, & Danaus generos ex cæde iacentes
Dinumerat, summæ criminis vnus abest.

Fert malè cognatæ iacturam mortis in vno,
Et queritur factum sanguinis esse parum.
Abstrahor à patrijs manibus, raptamq; capillis,
(Hæc meruit pietas præmia) carcer habet.
Scilicet ex illo Iunonia permanet ira,
Quo bos ex homine est, ex boue facta Dea.
Ah satis est pœnæ, teneram mugisse puellam,
Nec modò formosam posse placere Ioui.
Astitit in ripa liquidi noua vacca parentis,
Cornuaq; in patrijs non sua uidit aquis.
Et contra loqui mugitus edidit ore,
Territaq; est forma, territa voce sua.
Quid furis infelix? quid te miraris in vnda?
Quid numeras factos ad noua membra pedes?
Ipsa Iouis magni pellex metuenda sorori,
Fronde leuas nimiam, cespitibusq; famem.
Fonte bibis, spectasq; tuam stupefacta figuram,
Et te ne feriant, quæ geris, arma times.
Quæq; modo, vt posses etiam Ioue digna videri,
Diues eras nuda, nuda recumbis humo.
Per mare, per terras, cognataq; flumina curris,
Dat mare, dant amnes, dat tibi terra viam.
Qui tibi causa fugæ? quid Io freta longa pererras?
Non poteris vultus effugere ipsa tuos.
Inachi quo properas? eadem sequerisq;, fugisq;,
Tu tibi dux comiti, tu comes ipsa duci.
Per septem Nilus portus emissus in æquor,
Exuit insanæ pellicis ora bouis.
Vltima quid referam, quorum mihi cana senectus.
Auctor? dant anni quod querar ecce mei.

a Iunonis ira facinus excusat. Io Inachi fluuij filia, a Ioue cōpressa subito Iunonis interuentu in uaccā uersa tandem furijs acta ad Aegyptum deuenit, ubi in pristinā formam redacta, Isis dea uocata est.

Io pater. Inachus fluuius

sui temporis in fœlicitates aperit.

Bella pater, patruusq; gerunt: regnoq;, domoq;
Pellimur, eiectas vltimus orbis habet.
Ille ferox solus solio, sceptrisq; potitur,
Cum sene nos inopi turba vagamur inops.
De fratrum turba pars exiguissima restat
Quidq; dati leto, quæque dedere fleo.
Nam mihi quot fratres, totidem periere sorores.
Accipiat lachrymas utraque turba meas.
En ego, quòd viuis, pœnæ crucianda reseruor:
Quid fiet sonti, cùm rea laudis agar?
Et consanguineæ quondam centesima turbæ,
Infelix, vno fratre manente, cadam.
At tu siqua piæ Line est tibi cura sororis, — deprecatione epistolam claudit.
Quæq; tibi tribui munera dignus habes:
Vel fer opem, vel dede neci, defunctaq; vita
Corpora furtiuis insuper adde rogis.
Et sepeli lachrymis perfusa fidelibus ossa, — Hypermnestra epitaphium.
Sculptaq; sint titulo nostra sepulchra breui:
Exul Hypermnestra, precium pietatis iniquum:
Quam mortem fratri depulit, ipsa tulit.
Scribere plura libet, sed pondere lassa catenæ
Est manus, & vires subtrahit ipse timor.

IN XV. EPIST. ARGVM.

Paris qui alio nomine Alexander dictus est, ob Helenam sibi à Venere promissam Lacedæmona nauigans à Menelao honorificentissime susceptus est, & honoratus. Sed cum per id tempus oportuisset Menelaum, omneisque Minois pronepotes ad diuidendas Atrei opes Cretam adire, Paridem domi dimittens Helenæ mandauit, ut non minorem hospitis, quam sui ipsius curam gereret. Verum Paris dum datã

sibi opportunitatem uideret, Helenam in amorem sui, quantum potuit, solicitare conatus est. Hac autem artificiosa epistola detegit quanto amoris æstu ardeat se ab omnibus commendando, quibus amatores laudari solent. Et quia nouerat muliebrem sexum esse fragilé & gloria, & forma, atque genere cupidissi num, omnia affert Paris quæ sibi Helenes animum conciliare possunt, & quæ odium mariti atque contemptum excitent. Fugam itaque suadet quam Troianis uiribus tueri posse asserit.

PARIS HELENÆ.

Hanc tibi Priamides mitto Lædæa salutem,
Quæ tribui, sola te mihi dante, potest.
dubitatio ex turpitudine. *Eloquar? an flammæ non est opus indice notæ?*
Et plus, quam vellem, iam meus extat amor.
Ille quidem lateat malim, dum tempora dentur
Lætitiæ mistos non habitura metus.
Sed male dissimulo: quis enim celauerit ignem,
Lumine qui semper proditur ipse suo?
Si tamen expectas, vocem quoq; rebus vt addam:
Vror: habes animi nuncia verba mei.
Parce precor fasso, nec duro cætera vultu
Perlege, sed formæ conueniente tuæ.
Iādudū gratū est, quod epistola nostra recepta est,
Spem facit hoc recipi me quoque posse modo.
Quæ rata sit, nec te frustra promiserit opto,
Hoc mihi quæ suasit mater Amoris iter.
Nanque ego diuino monitu, ne nescia pecces,
Aduehor: & cœpto non leue numen adest.
Premia magna quidem, sed non indebita posce
Pollicita est thalamo te Cytherea meo.

Hac duce Sigæo dubias à litore feci,
Longa Phereclea per freta puppe vias,
Illa dedit faciles auras, ventosq́; secundos,
In mare (nil mirum) ius habet orta mari.
Perstet, & vt pelagi, sic pectoris adiuuet æstus,
Deferat in portus & mea vota suos.
Attulimus flammas, non hic inuenimus illas:
Hæ mihi tam longæ causa fuere viæ.
Nam nec tristis hyems, nec nos huc appulit error:
Tænaris est classi terra petita meæ.
Nec me crede, fretum merces portante carina
* *Findere: quas habeo, dij tueantur opes.*
Nec venio Graias veluti spectator ad vrbes:
Oppida sunt regni diuitiora mei.
Te peto, quam pepigit lecto Venus aurea nostro,
Te prius optaui, quam mihi nota fores:
Ante tuos animo vidi, quàm lumine, vultus,
Prima fuit vultus nuncia fama tui.
Nec tamen est mirum, si sic vt oporteat, arcu
Missilibus telis eminus ictus amo.
Sic placuit fatis, quæ nec conuellere tentes,
Accipe cum vera dicta relata fide.
Matris adhuc vtero, partu remorante, tenebar,
Iam grauidus iusto pondere venter erat.
Illa sibi ingentem visa est sub imagine somni
Flammiferam pleno reddere ventre facem,
Territa consurgit, metuendaq́; noctis opacæ
Visa seni Priamo, vatibus ille refert.
Arsurum Paridis vates canit Ilion igni.
Pectoris, vt nunc est, fax fuit illa mei.

Cytherea insula contra Cretam, in qua primum aduecta est Venus.

Possessiuum a Pherecla nauis Paridis fabricatore.

Laconiã intelligit a Tænaro promontorio.

* *alias, scindere.*

Forma, vigorq; animi, quamuis de plebe videbar,
Indicium tectæ nobilitatis erat.
Est locus in mediæ nemorosis vallibus Idæ
Deuius, & piceis, ilicibusq; frequens.
Qui nec ouis placidæ, nec amantis saxa capellę,
Nec patulo tardæ carpitur ore bouis.
Hinc ego Dardaniæ muros, excelsaq; tecta,
Et freta conspiciens, arbore nixus eram.
Ecce pedem pulsu visa est mihi terra moueri,
Vera loquor, vero vix habitura fidem.
Constitit ante oculos actus velocibus alis.
Atlantis magni: Pleionesq; nepos.
Fas vidisse fuit, fas sit mihi visa referre:
Inq; Dei digitis aurea virga fuit:
Tresq; simul diuæ, Venus, & cum Pallade Iuno
Graminibus teneros imposuere pedes.
Obstupui, gelidusq; comas erexerat horror,
Cum mihi pone metum nuncius ales ait:
Arbiter es formæ, certamina siste Dearum,
Vincere quæ forma digna sit vna duas.
Ne ue recusarem verbis Iouis imperat, & se
Protinus æætherea tollit in astra via.
Mens mea conualuit, subitoq; audacia venit,
Nec timui vultu quanque notare meo.
Vincere erant omnes dignæ, iudexq; verebar
Non omneis causam vincere posse suam.
Sed tamen ex illis iam tunc magis vna placebat,
Hanc esse, vt scires vnde mouetur amor.
Tantaq; vincendi cura est, ingentibus ardent.
Iudicium donis sollicitare meum.

Regna

Regna Iouis coniux, virtutem filia iactat:
Ipse potens dubito, fortis an eſſe velim.
Dulce Venus riſit, nec te pari munera tangant,
Vtraque ſuſpenſi plena timoris, ait.
Nos dabimus, quod ames, & pulchræ filia Ledæ
Ibit in amplexus pulchrior illa tuos.
Dixit, & ex æquo donis, formaq; probata
Victorem celo retulit illa pedem.
Interea (credo uerſis ad proſpera fatis)
Regius agnoſcor per rata ſigna puer.
Læta domus nato per tempora longa recepto,
Addit & ad feſtos hunc quoque Troia diem.
Vtq; ego te cupio, ſic me cupiere puellæ,
Multarum votum ſola tenere potes.
Nec tantum regum natæ petiere, ducumque,
Sed nymphis etiam curaq;, amorq; fui.
At mihi cunctarum ſubeunt faſtidia, poſtquam
Coniugij ſpes eſt Tyndari facta tui.
Te vigilans oculis, animo te nocte videbam,
Lumina cum placido victa ſopore iacent.
Quid facies præſens, quæ nondum viſa placebas?
Ardebam quamuis hic procul ignis erat.
Nec potui debere mihi ſpem longius iſtam,
Cærulea peterem quin mea vota via.
Troia cæduntur Phrygia pineta ſecuri:
Quæq; erat æquoreis vtilis arbor aquis.
Ardua proceris ſpoliantur Gargara ſyluis,
Innumerasq; mihi longa dat Ida trabes.
Fundatura citas flectuntur robora naues,
Texitur & coſtis panda carina ſuis.
Addimus

Addimus antennas, & vela sequentia malos,
Accipit & pictos puppis adunca Deos.
Qua tamen ipse vehor, comitata Cupidine paruo,
Sponsor coniugij stat Dea picta sui.
Imposita est factæ postquam manus vltima classi,
Protinus Aegeis ire iubebar equis.
Et pater, & genitrix inhibent mea vota rogãdo,
Propositumq; viæ voce morantur iter.
Et soror effusis, vt erat Caßandræ capillis,
Cùm vellent nostræ iam dare vela rates.
Quò ruis? exclamat: referes incendia tecum:
Quanta per has nescis, flamma petatur aquas,
Vera fuit vates, dictos inuenimus ignes,
Et ferus in molli pectore flagrat amor.
Portubus egredior, ventisq; ferentibus vsus
Applicor in terras Oebali nympa tuas.
Excipit hospitio vir me tuus, hoc quoq; factum
Non sine consilio, numinibusq; Deum.
Ille quidem ostendit, quicquid Lacedæmone tota,
Ostendi dignum, conspicuumque fuit.
Sed mihi laudatam cupienti cernere formam,
Lumina nil aliud, quo caperentur, erat.
Vt vidi, obstupui, præcordiaq; intima sensi,
Attonitus. curris intonuiße nouis.
His similes vultus, quantum reminiscor, habebat,
Venit in arbitrium cum Cytherea meum.
Si tu venisses pariter certamen in illud,
In dubium Veneris palma futura fuit.
Magna quidem de te rumor prçconia fecit,
Nullaq; de facie nescia terra tua est.

Nec

Nec tibi per usquam Phrygiā, nec Solis ab ortu
Inter formosas altera nomen habet.
Credis & hoc nobis? minor est tua gloria vero,
Famaq; de forma pene maligna tua est.
Plus hic inuenio, quam quod promiserat illa:
Et tua materia gloria victa sua est. a pulchritudinis laude Helenam alicit.
Ergo arsit merito, qui nouerat omnia, Theseus,
Et visa est tanto digna rapina viro.
Mora tuæ gentis nitida dum nuda palæstra
Ludis, & es nudis fœmina mista viris.
Quod rapuit laudo, miror quod reddidit vnquam: palestra luctandi certamē dicitur, cuius inuētores credūtur Lacedæmonij. Propertius. Multa tuę Sparte mirantur dona palęstræ.
Tam bona constanter præda tenenda fuit.
Ante recessisset caput hoc ceruice cruenta,
Quam tu de thalamis abstraherere meis.
Te ne manus vnquam nostræ dimittere vellent?
Te ne meo paterer viuus abire sinu?
Si reddenda fores, aliquid tamen antè tulissem,
Nec Venus ex toto nostra fuisset iners.
Vel tua virginitas esset libata, vel illud
Quod poterat, salua virginitate, rapi.
Da modo te Paridi, quæ sit constantia nosces,
Flamma rogi flammas finiet vna meas.
Præposuit regnis ego te quæ maxima quondam constantiā suā laudat.
Pollicita est nobis nupta, sororq; Iouis.
Dumq; tuo possem circundare brachia collo,
Contempta est virtus, Pallade dante mihi.
Cùm Venus, & Iuno, Pallasq; in montibus Idæ
Corpora iudicio supposuere meo.
Nec piget, haud vnquam stultè elegisse videbor,
Permanet in voto mens mea firma suo.

Spem modo ne nostram fieri patiare caducam
Deprecor, ò tanto digna labore peti.
Non ego coniugium generosæ degener opto,
Nec mea, crede mihi, turpiter vxor eris.
Pleiada (si quæras) in nostra gente, Iouemq;
Inuenies, medios vt taceamus auos.
Sceptra parens Asiæ (qua nulla beatior ora est)
Finibus immensis vix obeunda tenet.
Innumeras vrbes, atque aurea tecta videbis,
Quæq; suos dicas templa decere deos.
Ilion aspicies, firmataq; turribus altis.
Mœnia Phœbeæ structa canore lyræ.
Quid tibi de turba narrem, numerosq; virorum?
Vix populum tellus sustinet illa suum.
Occurrent denso tibi Troades agmine matres,
Nec capient Phrygias atria nostra nurus.
O quoties dices, quam pauper Achaia nostra est,
Vna domus quæuis vrbis habebit opes.
Nec mihi fas fuerit, Sparten contemnere vestram
In qua tu nata es, terra beata mihi est.
Parca sed est Sparte, tu cultu diuite digna:
Ad talem formam non facit iste locus.
Hanc faciem largis sine fine paratibus vti,
Delicijsq; decet luxuriare nouis.
Cùm videas cultus nostra de gente virorum,
Qualeis Dardanias credis habere nurus?
Da modo te facilem, nec dedignare maritum,
Rure Terapnæo nata puella, Phrygem.
Phryx erat, et nostro genitus de sanguine, qui nūc
Cum Dijs, potando nectare miscet aquas.

a genere, & potētia se laudat. Ex Electra, Atlantis ex Pleione nympha filia, Iupiter genuit Dardanū Troianorū progenitorem.

Terapne Laconiæ oppidum: in quo nata est Helena.

Ganymedes venando in Ida a

Phryx erat Auroræ coniux; tamen abstulit illũ
Extremum noctis, quæ dea finit iter.
Phryx etiã Anchises, volucrum cui mater amorũ
Gaudet in Idæis concubuisse iugis.
Nec puto collatis forma Menelaus, & armis,
Iudice te nobis anteferendus erit.
Nos dabimus certè socerum tibi clara fugantem.
Lumina qui trepidos à dape vertat equos:
Nec pater est Priamo soceri de cęde cruentus,
Et qui Myrthoas crimine signet aquas:
Nec proauo Stygia nostro captantur in vnda
Poma nec in medijs quæritur humor aquis.
Quid tamen hoc refert? si te tenet ortus ab illis,
Cogitur huic domui Iupiter esse socer.
Heu facinus, totis indignus noctibus ille
Te tenet, amplexu perfruiturq; tuo.
At mihi conspiceris posita vix denique mensa:
Multaq;, quæ lædant, hoc quoq; tempus habet.
Hostibus eueniat conuiuia talia nostris.
Experior posito qualia sæpe mero
Pœnitet hospitij, cum, me spectante, lacertos
Imponit collo rusticus ille tuo.
Rumpor, & inuideo, (quid nunc tamen omnia narrem?)
Membra superiecta cum tua veste fouet.
Oscula cum verò coram non dura daretis,
Ante oculos posui pocula sumpta meos.
Lumina demitto, cum te tenet arctius ille,
Crescit & inuito lentus in ore cibus.
Sæpe dedi gemitus, & te lasciua notaui,
In gemitu risum non tenuisse meo.

Ioue in formã aquilæ uerso raptus, deorũ Pincerna factus ẽ.

Tithonum Laomedõtis fratrẽ & Mẽnonis patrem intelligit.

Anchises ad Simoenta fluuiũ cum Venere cõcubuit, vnde natus Aeneas.

Atreus filios Thyestis fratris ob scelus quodda ipsi epulandos apposuit, a quo tanto facinore Sol abhorrens radios abscondit.

Pelops, Menelai auus Myrthiũ Hippodamiæ auriga in mare præcipitauit, a quo mare Myrthoum.

ecce quod angebat Paridem.

Cum Veneris puero non male Bacche sapis Ouid. in arte.

Sæpe mero volui flammam compescere: at illa
Creuit, & ebrietas ignis in igne fuit.
Multaq; ne videam, versa ceruice recumbo,
Sed reuocas oculos protinus ipsa meos.

communicatio hac commiserationé excitat.

Quid faciam? dubito: dolor est meus ista videre:
Sed dolor à facie maior abesse tua est.
Qua licet & possum (nitor celare furorem)
Sed tamen apparet dissimulatus amor.
Nec tibi verba damus, sentis mea vulnera, sentis:
Atque vtinam soli sint ea nota tibi.
Ah quoties lachrymis venientibus ora reflexi,
Ne causam fletus quæreret ille mei.

hæc omnia ab amatore esse facienda ostẽdit Ouid. in ij. de Arte.

Ah quoties aliquem narraui potus amorem,
Ad vultus referens singula uerba tuos.
Indiciumq; mei ficto sub nomine feci,
Ille ego (si nescis) verus amator eram.
Quinetiam vt possem verbis petulantius vti,
Non semel ebrietas est simulata mihi.
Prodita sunt (memini) tunica tua pectora laxa,
Atque oculis aditum nuda dedere meis.
Pectora vel niuibus puris, vel lacte, tuamq;
Complexo matrem candidiora Ioue.

alludit ad Cygnum, in quem Iupiter uersus. cum Leda concubuit.

Dum stupeo visis, (nam pocula fortè tenebam)
Tortilis à digitis excidit ansa meis.
Oscula si natæ dederas, ego protinus illa,
Hermiones tenero lætus ab ore tuli.
Et modò cantabam veteres resupinus amores,
Et modo per nutum signa tegenda dabam.

Hęc Aethra creditur fuisse mater Thesei.

Et comitũ primas, Clymenẽq; Aethramq; tuarum
Ausus sum blandis nuper adire sonis

Quæ mihi non aliud, quàm formidare locutæ,
Orantis medias deseruere preces.
Dij facerent, precium magni certaminis esses,
Teq; suo posset victor habere toro.
Vt tulit Hippomenes Schœneida præmia cursus,
Quæ propero cursu vicerat antè procos:
Sic & tu Phrygias venies regina per vrbes,
Venit vt in Phrygios Hippodamia sinus.
Vt ferus Alcides Acheloia cornua fregit,
Dum petit amplexus Deianeira tuos.
Nostra per has leges audacia fortiter isset:
Teq; mei scires esse laboris opus.
Nunc mihi nil superest, nisi te formosa precari,
Amplectiq; tuos, si patiare, pedes:
O decus, ò præsens geminorum gloria fratrum,
O Ioue digna viro, in Ioue nata fores.
Aut ego Sigæos repetam te coniuge portus,
Aut hìc Tænarea contegar exul humo.
Non mea sunt summa leuiter districta sagitta
Pectora, descendit vulnus ad ossa meum
Hoc mihi (nam recolo) fore vt à celeste sagitta
Figar, erat verax vaticinata soror.
Parce datum fatis Helenæ contemnere amorem,
Sic habeas faciles in tua vota deos.
Multa quidē subeunt, sed corā ut plura loquamur,
Excipe me lecto, nocte silente, tuo.
An pudet, & metuis Venerem temerare maritā,
Castaq; legitimi fallere iura tori?
Ah nimium simplex Helenæ (ne rustica dicam)
Hanc faciem culpa posse carere putas?

Aut

Hippomenes. Megarei filius.

Atalanta Schænei filiam. Hesperidū pomis a Venere datis retardatā, cursu superauit.

Tænates Laconica a Tænaro quodam loco vmbroso in radice Maleę promontorij iuxta Spartē, per quā creditur esse descensus ad inferos. Virg. Tęnareas etiā fauces lata ostis Ditis. Cæleste pro cælesti more antiquo.

Iuuenalis, Rara adeo est cōcordia fotmæ, atq; pudicitiæ.

Aut faciem mutes, aut sis non dura necesse est:
Lis est cum Forma magna pudicitiæ.
Iuppiter his gaudet, gaudet Venus aurea furtis,
Hæc tibi nempe patrem furta dedere Iouem.

natos a suis parentibus mores trahere ostēdit.

Vix fieri, si sint vires in semine amorum,
Et Iouis & Lædæ filia, casta potes.
Casta tamen sis, cum te mea Troia tenebit,
Et tua sim, quæso, crimina solus ego.
Nunc ea peccemus, quæ corriget hora iugalis,
Si modò promisit non mihi vana Venus.
Sed tibi & hoc suadet rebus, non voce maritus,
Neve sui furtis hospitis obstet, abest.

Per ironiā probat Menelaū indignum iā formosa coniuge.

Non habuit tempus, quo Cressia regna videret
Aptius, ò mira calliditate virum.
Ille abit, Idæi mandò tibi (dixit iturus)
Curam pro nobis hospitis vxor agas.

aliàs, tyranni.

*Negligis absentis (testor) mandata * mariti,*
Cura tibi non est hospitis vlla tui.

Menelaum ducti in contemptum, eum taxando.

Huccine tu speras hominem sine pectore dotes
Posse satis formæ, Tyndari, nosse tuæ?
Falleris, ignorat, nec si bona magna putaret,
Quæ tenet, externo crederet illa viro?
Vt te nec mea vox, nec te meus incitet ardor,
Cogimur ipsius commoditate frui.
Aut erimus stulti, sic vt superemus & ipsum;
Si tam securum tempus abibit iners.
Penè suis manibus ad te deduxit amantem;
Vtere mandatis simplicitate viri.
Sola iaces viduo tam longa nocte cubili,
In viduo iaceo solus & ipse toro,

Tē

Te mihi, meq; tibi communia gaudia iungant,
Candidior medio nox erit illa die.
Tunc ego iurabo quævis tibi numina, meq;
Astringam verbis in sacra iura meis.
Tunc ego, si non est fallax fiducia nostri,
Efficiam præsens, vt mea regna petas.
Si pudet, aut metuis, ne me videare secuta,
Ipse reus sine te criminis huius ero. timoris culpã in se transfert.
Nam sequar Aegidæ factum, fratrumq; tuorum: ab exẽplo Thesei atque fratrum arguit.
Exemplo tangi non propiore potes.
Te rapuit Theseus, geminas Leucippidas illi, Phœbe & Elairam Leucippi filias rapuerunt Castor, & Pollux.
Quartus in exemplis annumerabor ego.
Troica classis adest armis instructa, virisq;,
Iam facient celeres remus, & aura uias.
Ibis Dardanias ingens regina per urbes,
Teq; nouam credet vulgus adesse Deam. Cinnamũ idẽq; quod cinnamomum, genus aromatis odorifere ex frutice uide Pli.lib.20. c.30.
Quaq; feres greßus adolebunt cinnama flammæ,
Cæsaq; sanguineam victima p'anget humum.
Dona pater, fratresq;, & cum genitrice sorores,
Iliadesq; omnes, totaq; Troia dabit.
Hei mihi, uix a me pars dicitur ulla futuri:
Plura feres, quàm quæ littera nostra refert.
Nec tu rapta time, ne nos fera bella sequantur,
Concitet & vires Græcia tota suas.
Tot prius abductis, quænam est repetita per arma? exemplis timorem eximit.
Crede mihi, vanos res habet ista metus.
Nomine cœperũt Aquilonis Erichthida Thraces Orythia Erichthei Atheniensis regis filia a Borea rege Thraciæ rapta est.
Tuta tamen bello Bistonis ora fuit.
Phasida puppe noua uexit Pegasæus Iason,
Læsa nec est Colcha Thessala terra manu.

Te quoque qui rapuit, rapuit Minoida Theseus,
Nulla tamen Minos Cretas ad arma uocat.
Terror in his ipso maior solet esse periclo,
Quæq; timere libet, pertimuisse pudet.
Finge tamen (si uis) ingens consurgere bellum:
Et mihi sunt uires, & mea tela nocent.
Nec minor est Asiæ; quàm uestræ copia terræ:
Illa uiris diues, diues abundat equis.
Nec plus Atrides animi Menelaus habebit,
Quàm Paris, aut armis anteferendus erit.
Penè puer cæsis abducta armenta recepi.
Hostibus, & causam nominis inde tuli.
Penè puer iuuenes uario certamine uici,
In quibus Ilioneus, Deiphobusque fuit.
Ne've putes, non me nisi comminus esse timendū,
Figitur in iusso nostra sagitta loco.
Non potes hæc illi primæ dare facta iuuentæ,
Instruere Atriden non potes arte mea.
Omnia si dederis, nunquàm dabis Hectora fratrē:
Unus is innumeri militis instar erit.
Quid ualeam, nescis, & te mea robora fallunt:
Ignoras cui sis nupta futura uiro.
Aut igitur nullo belli repetere tumultu,
Aut cedent Marti Dorica castra meo.
Nec tamen indignor pro tanta sumere bellum
Coniuge: certamen præmia magna mouent.
Tu quoque, si totus de te contenderit orbis,
Nomen ab æterna posteritate feres.
Spe modo non timida Dijs hinc egreßa secundis,
Exige cum plena munera pacta fide.

Paris Alexander uocatus est quasi auxiliator, eo q̄ armēta a Cilicibus abacta recuperauerit. Ilioneus & Deiphobus Paridis fratres.

colligit epistolā abigēs quicquid Helenam terrere posset.

IN XVI. EPIST. ARGVM.

Multi hanc epistolam non esse Ouidij contendunt, asserentes Sabinum omnes responsales litteras cõfixisse. Quod ipsius Ouidij testimonio cõprobare nitũtur, cum in secundo Elegiarum ita ad Marcum scribat,

Quam cito de toto redijt meus orbe Sabinus;
Scriptaq; diuersis retulit ille locis?
Candida Penelope signum cognouit Vlyssis:
Legit ab Hippolyto scripta nouerca suo.
Iam pius AEneas miseræ rescripsit Elissæ:
Quodq; legat Phyllis, si modo uiuit, habet.
Tristis ad Hypsiphylem ab Iasone littera uenit:
Dat notam Phœbo Lesbis amica lyram.

Quod quidem nihil ad rem facere uidetur, cum nulla interim de Helena mentionem faciat. Verum statim subiunxit hos duos uersus,

Et Paris est illic, & adultera nobile crimen:
Et comes extincto Laodameia uiro.

Quibus facile conuincuntur nisi ad Sabinum referre malint. Sed etsi Ouidianis epistolis responderit, quo modo possunt esse Sabini? non enim Paris nec Laodameia respondent, sed scribunt. Nimirum hæ quoq; Ouidianæ sunt, & eodem pene stylo scriptæ, quo reliquæ. Helena autem, lecta Paridis epistola, quasi offensa, primum respondens obiurgat. Deinde ut pudorem tuetur, Paridis suasiones infringere conatur, quædam semina spargendo, ne omnino illius amorem negligere uideatur. Et sic aperte ostendit, muliebre ingenium uarium esse, atque mutabile: iuxta illud Ouidianum in Arte amandi: Forsitan & primo uenit tibi littera tristis: Quæque roget ne se sollicitare uelis. Quod rogat illa timet, quod non rogat, optat ut instes. Postremo Paridis uoluptatem impletura, ut honestius, ita tutius uisum est, si quid in desiderio erit non litteris mandare, sed ut Clymene & Aethra comites fidissimæ, exponerent: idque cum fecissent, cum Paride & Helena ad Troiam aductæ sunt.

HELENA PARIDI RESPONDET.

Ironice hospitalitatem exprobrat.

NUnc oculos tua cũ uiolarit epistola nostros,
Non rescribendi gloria uisa leuis.
Ausus es hospitij temeratis aduena sacris
Legitimam nuptæ sollicitare fidem?
Scilicet idcirco ventosa per æquora uectum
Excepit portu Tænaris ora suo?
Nec tibi (diuersa quamuis a gente venires)
Oppositas habuit regia nostra fores.
Esset ut officij merces iniuria tanti?
Qui sic intrabas, hospes an hostis eras?
Nec dubito, quin hæc, cum sit tam iusta, uocetur
Rustica iudicio nostra querela tuo.

refutat obiecta suos mores tuẽdo.

Rustica sim sanè, dum non oblita pudoris,
Dumq; tenor uitæ sit sine labe meæ.
Si non est uicto vultus mihi tristis in ore,
Nec sedeo duris torua superciliis:
Fama tamen clara est, & adhuc sine crimine uixi,
Et laudem de me nullus adulter habet.
Quò magis admiror, quæ sit fiducia cępto,
Spemq; tori dederit, quæ tibi caussa mei.

hoc exẽplo Paridẽ increpat.

An quia uim nobis Neptunius attulit heros,
Rapta semel, uideor bis quoque digna rapi?

delinita, id est, blãditijs capta & illecta.

Crimen erat nostrum, si delinita fuißem,
Cum sinu rapta, meum quid nisi nolle fuit?
Non tamen ex facto fructum tulit ille petitum,
Excepto redij paßa timore nihil.
Oscula luctando tantummodo pauca proteruus
Abstulit, vlterius nil habet ille mei.

Quæ tua nequitia eſt, non his contenta fuiſſet:
Dij melius, ſimilis non fuit ille tui.
Reddidit intactam, minuitq; modeſtia crimen,
Et iuuenem facti pœnituiſſe patet.
Theſea pœnituit: Paris ut ſuccederet illi,
Ne quando nomen non ſit in ore meum.
Nec tamen iraſcor, quis enim ſuccenſet amanti? Incipit condeſcendere.
Si modo quem præfers non ſimulatur amor.
Hoc quoque enim dubito: non quod fiducia deſit,
Aut mea ſit facies non bene nota mihi:
Sed quia credulitas damno ſolet eſſe puellis,
Verbaq; dicuntur ueſtra carere fide.
At peccant aliæ, matronaq; rara pudica eſt,
Quis prohibet raris nomen ineſſe meum?
Nam mea quòd uiſa eſt tibi mater idonea, cuius
Exemplo flecti me quoque poſſe putes:
Matris in admiſſo falſa ſub imagine luſæ
Error ineſt: pluma tectus adulter erat.
Nil ego, ſi peccem, poſſum neſciſſe: nec ullus
Error qui facti crimen obumbret, erit.
*Illa bene errauit, uitiumq; auctore * redemit:* ** leuauit.*
Felix in culpa quo Ioue dicar ego?
Et genus, & proauos, & regia nomina iactas,
Clara domus ſatis hæc nobilitate ſua eſt. ſui generis cõmendatio.
Iuppiter ut ſoceri proauus taceatur, & omne
Tantalidæ Pelopis, Tyndareiq; genus:
Dat mihi Leda Iouem, cygno decepta, parentem,
Quæ falſam gremio credula fouit auem.
I nunc, & Phrygiæ claræ primordia gentis,
Cumq; ſuo Priamo Laomedonta refer. Paridis iactantiam cõtemnit

Quos ego suspicio: sed, qui tibi gloria magna est
Quintus, is a nostro sanguine primus erit.
Sceptra tuæ quamuis rear esse potentia Troiæ,
Non tamen hæc illis esse minora puto:
Si iam diuitijs locus hic, numeroq; uirorum
Vincitur, at certè barbara terra tua est.
Munera tanta quidem promittit epistola diues,
Ut possint ipsas illa mouere Deas.
Sed si iam uellem fines transire pudoris,
Tu maior culpæ caussa futurus eras:
Aut ego perpetuò famam sine labe tenebo,
Aut ego te potius quàm tua dona sequar.
Utq; ea non sperno, sic acceptissima semper
Munera sunt, auctor quæ pretiosa facit.
Plus multo est, quòd amas, quòd sum tibi causa laboris,
Quòd tam per longas spes tua uenit aquas.
Illa quoq; apposita quæ nunc facis improbe mensa,
Quamuis experiar dissimulare, noto.
Tu modò me spectas oculis lasciue proteruis,
Quos uix instantes lumina nostra ferunt.
Et modò suspiras, modò procula proxima nobis
Sumis: quaq; bibi, tu quoque parte bibis.
Ah quoties digitis, quoties ego tecta notaui
Signa supercilio penè loquente dari,
Et sæpe extimui, ne uir meus illa uideret,
Non satis occultis erubuiq; genis.
Sæpe uel exiguo, uel longo murmure dixi,
Nil pudet hunc: nec uox hæc mea falsa fuit.
Orbe quoque in mensæ legi sub nomine nostro,
Quod deducta mero littera fecit, AMO.

quintus a Ioue Priamus: nam Iupiter Dardanum, Dardan. Erichronium. Eryc. Troem, Tros Laomedonta, Priami patrem genuit.

per recriminationem refellit Troianorũ imperium.

amoris signa recẽset, ut a caussa arguat se allici posse ad amãdum.

Oui. in l. de Ar. Fac primus capias illius tacta labellis Pocula, quaque bibit parte puella, bibas.

Romæ pretiosiores mẽsæ rotũdę fuerũt ex citro arbore nobilissima ĩ Mauritania apud Atlantem montẽ sola nascente.

Credere me tamen hæc oculo renuente negaui,
Hei mihi, iam didici sic quoque poße loqui.
His ego blanditijs, si peccatura fuissem,
Flecterer, his poterant pectora nostra capi.
Est quoque (confiteor) facies tibi rara, potestq;
Velle sub amplexus ire puella tuos:
Altera sed potius felix sine crimine fiat,
Quàm cadat externo noster amore pudor.
Disce meo exemplo formosis posse carere,
Est uirtus placidis abstinuisse bonis. ire enim cõtra appetitum fortitudo est.
Quàm multos credis iuuenes optare, quod optas?
Qui sapiunt, oculos an Paris unus habes?
Non tu plus cernis, sed plus temerarius audes;
Nec tibi plus credis, sed minus oris inest. oris, id est, uerecũdiç, cuius os testis est.
Tunc ego te uellem celeri uenisse carina,
Cum mea uirginitas mille petita procis.
Si te uidissem, primus de mille fuisses,
Iudicio ueniam uir dabit ipse meo.
Ad poßessa uenis, præreptaq; gaudia serus:
Spes tua lenta fuit: quod petis, alter habet.
Vt tamen optarem fieri tua Troica coniux,
Inuitam sic me non Menelaus habet.
Desine molle precor uerbis conuellere pectus, quoniã uarium & mutabiles sẽper fœmina.
Ne ue mihi, quam te dicis amare, noce:
Sed sine, quam tribuit sortem fortuna, tueri,
Nec spolium nostri turpe pudoris habe.
At Venus hoc pacta est, & in altæ uallibus Idæ
Tres tibi se nudas exibuere Deæ:
Vnaque cum regnum, belli daret, altera laudem,
Tyndaridis coniux, tertia dixit, eris.

Credere uix equidem cœlestia numina possim
Arbitrio formam supposuisse tuo.
Utq; sit hoc verum, certe pars altera ficta est,
Iudicij pretium, qua data dicar ego.
Non est tanta mei fiducia corporis, vt me
Maxima, teste Dea, dona fuisse putem.
Contenta est oculis hominum mea forma probari,
Laudatrix Venus est insidiosa mihi.
Sed nihil infirmo, faueo quoque laudibus istis,
Nam mea uox quare, quod cupit esse, neget?
hac diuisione quidquid insinuauerit, detegit. *Nec tu succense nimium mihi creditus ægrè,*
Tarda solet magnis rebus inesse fides.
Prima mea est igitur Veneri placuisse uoluptas,
Proxima, me uisam præmia summa tibi:
Nec te Palladios, nec te Iunonis honores
Auditis Helenæ præposuisse bonis.
Ergo ego sum virtus, ego sum tibi nobile regnum,
Ferrea sim, si non hoc ego pectus amem.
a nouitate difficultaté affert. *Ferrea (crede mihi) non sum, sed amare recuso*
Illum, quem fieri vix puto posse meum.
Quid bibulum curuo proscindere littus aratro,
Spemq; sequi coner, quam locus ipse negat?
Sum rudis ad Veneris furtum, nullaq; fidelem
(Dij mihi sunt testes) lusimus arte uirum.
in amorem adducta rei facilitatem exoptat. *Nũc quoq;, quòd tacito mãdo mea verba libello,*
Fungitur officio littera nostra nouo.
Felices, quibus vsus adest, ego nescia rerum
a sinistro rumore timor. *Difficilem culpæ suspicor esse uiam.*
Ipse malo metus est, iam nunc confundor, & oẽs
In nostris oculos vultibus esse reor.

Nec reor hoc falsò: sensi mala murmura vulgi,
Et quasdam voces retulit Aethra mihi.
At tu dissimula, nisi tu desistere mauis:
Sed cur desistas? dissimulare licet.
Lude, sed occultè: maior, non maxima nobis
Est data libertas, quod Menelaus abest.
Ille quidem procul est, ita re cogente, profectus,
Magna fuit subita iustaq; caussa viæ.
At mihi sic visum est: ego cùm dubitaret, an iret,
Quàm primum, dixi, fac rediturus eas.
Omine lætatus dedit oscula, resq;, domusque,
Et tibi sit curæ Troicus hospes, ait.
Vix tenui risum, quem dum compescere luctor,
Nil illi potui dicere præter, erit.
Vela quidem uentis Creten dedit ille secundis;
Sed tu non ideo cuncta licere puta.
Sic meus hinc uir abest, vt me custodiat absens:
AN nescis longas regibus esse manus?
Fama quoque est oneri: nam quò constantius ore
Laudamur uestro, iustius ille timet.
Quæ iuuat, vt nunc est, eadē mihi gloria dāno est,
Et melius famæ uerba dedisse fuit.
Nec quod abest, hic me tecum mirare relictam:
Moribus, & vitæ credidit ille meæ.
De facie metuit, vitæ confidit, & illum
Securum probitas, forma timere facit.
Tempora ne pereant vltro data præcipis, utque
Simplicis vtamur commoditate viri.
Et libet, & timeo, nec adhuc exacta uoluntas
Et satis in dubio pectora nostra labant.

apertius extulit quid animi haberet.

Menelai discessum a necessitate tuetur, quem Paris simplicitate damnauerat.

suasionem concedit factū dissuadendo.

Et uir abest nobis,& tu sine coniuge dormis,
Inque uicem tua me,te mea forma capit.
Et longe noctes,& iam sermone coimus,
ad culpæ recordationem suspirat. *Et tu(me miseram)blandis, & una domus,*
Et peream, si non inuitent omnia culpam,
Nescio quo tardor, sed tamen ipsa metu.
Quod malè persuades,utinam bene cogere posses:
Sic mea rusticitas excutienda foret.
Vtilis interdum est ipsis iniuria passis,
Sic certe felix ipsa coacta forem.
Dum nouus est,cœpto potius pugnemus amori,
anceps in Paridis fide adhuc amori repugnat. *Flamma recens parua sparsa resedit aqua.*
Certus in hospitibus non est amor,errat,ut ipsi,
Cumque nihil speres firmius esse, fugit.
Probatio a simili. *Hypsiphyle testis,testis Minoia uirgo,*
In non exhibitis utraque iuncta toris.
Tu quoque dilectam multos infide per annos
Diceris Oenonem deseruisse tuam.
inconstantiam à necessitate arguit. *Nec tamen ipse negas, & nobis omnia de te*
Quærere (si nescis)maxima cura fuit.
Adde quod ut cupias constans in amore manere
Non potes, expediunt iam tua uela Phryges.
Dum loqueris mecum,dum nox sperata paratur,
Qui ferat in patriam iam tibi uentus erit.
Cursibus in medijs nouitatis plena relinques
Gaudia:cum uentis noster abibit amor.
An sequar, ut suades, laudataq; Pergama uisam?
Pronurus & magni Leomedontis ero?
Rem a fama improbat. *Non ita contemno uolucres præconia famæ,*
Vt probris terras impleat illa meis.

Quid

Quid de me poterit Sparte? Quid Achaia tota?
Quid gentes Asiæ? quid tua Troia loqui?
Quid Priamus de me? Priami quid sentiet uxor?
Totque tui fratres, Dardaniæque nurus?
Tu quoque qui poteris fore me sperare fidelem? uerissimum argumentum.
Et non exemplis anxius esse tuis?
Quicunque Iliacos intrauerit aduena portus,
Is tibi solliciti caussa timoris erit.
Ipse mihi quoties iratus, adultera, dices,
Oblitus nostro crimine inesse tuum?
Delicti fies idem reprehensor, & auctor:
Terra precor, uultus obruat antè meos.
At fruar Iliacis opibus, cultuq; beato,
Donaq; promissis uberiora feram.
Purpura nempe mihi, pretiosaq; texta dabũtur,
Congestoq; auri pondere diues ero.
Da ueniam fassæ, non sunt tua munera tanti, Ouidius de Põto: Nescio qua natale solũ dulcedine cunctos Ducit, & immemores non sinit esse sui.
Nescio quo tellus me tenet ista modo.
Quis mihi, si lædar, Phrygijs succurret in oris?
Vnde petam fratres? unde parentis opem?
Omnia Medeæ fallax promisit Iason, Exẽplo auget incommoda.
Pulsa est Aesonia non minus illa domo.
Non erat Aeetes ad quem despecta ueniret,
Non Ipsæa parens, Chalciopeq; soror. adagium metaphorice ostendit maximum amorem in odium posse uerti.
Tale nihil timeo; sed nec Medea timebat:
Fallitur augurio spes bona sæpe suo.
Omnibus inuenies, quæ nunc iactantur in alto, a somnijs & uaticinijs rapinã dissuadet.
Nauibus, à portu lene fuisse fretum.
Fax quoque me terret, quam se peperisse cruentã
Ante diem partus est tua uisa parens.

Et

Et vatum timeo monitus, quos igne Pelasgo
Ilion arsurum præmonuisse ferunt.
Vtq; fauet Cytherea tibi, quia vicit, habetq;
Partæ per arbitrium bina trophæa tuum.
Sic illas vereor, quæ (si tua gloria vera est)
Iudice te causam non tenuere Deæ.
Nec dubito, quin, te si persequar, arma parentur:
Ibit per gladios (hei mihi) noster amor.
An fera Centauris indicere bella coegit
Athracis Hæmonios Hippodamia viros?
Tu fore tam lentum iusta Menelaon in ira,
Et geminos fratres Tyndareumq; putas?
Quòd bene te iactes, & fortia facta* loquaris,
A verbis facies* dissidet ista tuis.
Apta magis Veneri, quàm sũt tua corpora Marti:
Bella gerant fortes, tu Pari semper ama.
Hectora, quem laudas, pro te pugnare iubeto.
Militia est operis altera digna tuis.
His ego, si saperem, pauloq; audacior essem,
Vterer: vtetur, si qua puella sapit.
Aut ego deposito faciam fortasse pudore,
Et dabo conuicta tempore victa manus?
Quòd petis, vt furtim præsentes ista loquamur,
Scimus, quid captes, colloquiumq; voces.
Sed nimiũ ꝓperas, & adhuc tua messis ĩ herba ẽ:
Hæc mora sit uoto forsan amica tuo.
Hactenus arcanum furtiuæ conscia mentis
Littera iam lasso pollice sistat opus.
Cætera per socias Clymenẽ, Aethrãq; loquamur,
Quæ mihi sunt comites, consiliumq; duæ.

iunonẽ & Palladẽ intelligit. Athrax, Strabone teste, vrbs ẽ Thessaliæ; ex qua fuit Hippodamia Pyrithoi uxor, propter quam acre bellum morũ est inter Centauros & Lapithas

* recenses.

* decidit.

plus spei, quam timoris Paridi reliquit.

pulcherrima metaphora.

IN XVII. EPIST. ARGVM.

Hellespontiacum mare septem tantum stadijs, teste Plinio, Europam ab Asia diuidens: Seston in Europa, Herus patriam, & Abydon in Asia, ex qua fuit Leander, aduersas urbes habet. Cum autem Leander Abydenus Sestiam puellã Hero misere deperiret, per Hellespontum noctu ad eam natare cõsueuerat. Sed maris tempestate interclusus iam prœteritis septẽ diebus, ad amicam Hero, per audacem nautam, ea tempestate Seston nauigantem hanc epistolam misit: in qua primum amorem suum firmum & stabilem esse ostendit. Deinde quæritur quod natandi facultas, ob feruentissimum maris æstum, ei sit ablata. Demum uero pollicetur se breui iturũ, & quamuis mare non fuerit trãquillum, se tamen periculis potius commissurum, quàm illius iucundissimo conspectu atque colloquio cariturũ. Vnde de eo sic cecinit Martialis:

Cum peteret dulces audax Leander amores,
  Et fessus tumidis iam premeretur aquis:
Sic miser instantes effatus dicitur undas:
  Parcite dum propero, mergite dum redeo.

LEANDER HERONI.

Mittit Abydenus, quã mallet ferre, salutem,
  *Si cadat * vnda maris, Sesta puella tibi.* * ira.
Si mihi Dij faciles, & sunt in amore secundi,
  Inuitis oculis hæc mea verba leges. a dubitatione pathos.
Sed non sunt faciles: nam cur mea vota morãtur?
  Currere me nota non patiuntur aqua.
Ipsa vides cœlum pice nigrius, & freta ventis, synecdoche.
  Turbida perque cauas vix adeunda rates.

Vnus

Vnus(& hic audax) a quo tibi littera nostra
Redditur, a portu nauita mouit iter.
Ascensurus, eram, nisi quòd dum uincula proræ
Soluerct, in speculis omnis Abydos erat.
Non poteram celare meos (uelut antè) parentes,
Quemq; tegi uolumus, non latuisset amor,
Protinus hæc scribens felix i littera, dixi,
Iam tibi formosam porriget illa manum.
Forsitan admotis etiam tangere labellis,
Rumpere dum niueo uincula dente uolet,
Talibus exiguo dictis mihi murmure uerbis,
Cætera cum charta dextra locuta mea est:
Ah quanto mallem, quàm scriberet, illa nataret,
Meq; per assuetas sedula ferret aquas.
Aptior illa quidem placido dare uerbera ponto
Est tamen & sensus apta ministra mei.
Septima nox agitur, (spatium mihi longius anno
Sollicitum raucis quòd mare feruet aquis.
His ego si uidi mulcentem pectora somnum
Noctibus, insani sit mora longa freti.
Rupe sedes aliqua specto tua littora tristis,
Et quò non possum corpore, mente feror.
Lumina quinctiam summa uigilantia turre
Aut uidet, aut acies nostra uidere putat.
Ter mihi deposita est in sicca uestis arena,
Ter graue tentaui carpere nudus iter.
Obstitit in ceptis tumidum iuuenilibus æquor,
Mersit & aduersis ora natantis aquis.
Aut tu de rapidis immansuetissime uentis,
Quid mecum certa prœlia mente geris?

sermocinatio hæc cum re inanimata ad mouendum aptissima est, teste Fabio.

appositio pathos continens.

dura amantis imprecatio. solebat Hero facem ardentem in summa turri erigere, ut ad illam Leander uatationem dirigeret.

*In me (si nescis Borea) * non ęquora sęuis:*
Quid faceres, eßet ni tibi notus amor?
Tam gelidus cũ sis, non te tamen improbe quondã
Ignibus Actæis incaluiße negas.
Gaudia rapturo si quis tibi claudere uellet
Aërios aditus, quo paterere modo?
Parce precor, facilemq; moue moderantius aurã,
Imperet Hippotades sic tibi triste nihil.
Vana peto, precibusq; meis obmurmurat ipse,
Quasque quatit, nulla parte coercet aquas.
Nunc daret audaces utinam mihi Dædalus alas,
Icarium quamuis hoc prope litus adest.
Quicquid erit, patiar, liceat modò corpus in auras
Tollere, quod dubia sępe pependit aqua.
Interea dum cuncta negant uentiq; fretumque,
Mente agito furti tempora prima mei.
Nox erat incipiẽs (namq; est meminiſſe uoluptas)
Cùm foribus patrijs egrediebar amans.
Nec mora, deposito pariter cum ueste timore,
Iactabam liquido brachia lenta mari.
Luna mihi tremulum lumen præbebat eunti,
Vt comes in nostras officiosa uias.
Hanc ego suspiciens, faueas, o candida, dixi,
Et subeant animo Latmia saxa tuo,
Non sinit Endymion te pectoris esse seueri;
Flecte precor uultus ad mea furta tuos.
Tu Dea mortalem cęlo delapsa petebas;
(Vera loqui liceat) quam sequor, ipsa Dea est
Neu referam mores cęlesti pectore dignos,
Forma, nisi in ueras non cadit illa Deas.

A ue-

ad Boream apostrophat.

* *nec ne.*

Orithyas Actęa à Borea amata fuit, & rapta.

Aeolus filius Iouis & Egestæ filiæ Hippotis Troiani, a quo, dicitur Hippotades.

Dędalus Minois irã fugiẽs alas sibi & filio coaptauit: sed filius Icarus decidit in mare, quod ab eo Icariũ uocatus est.

tempus cõmemorat in quo primum Hero potitus est.

Endymionẽ pastorẽ Luna adamauit, quem ut eũ dormientem poſſet deosculari, in Latmio monte Cariæ sopiuit: qđ ideo fictũ quia aſſiduis meditationibus primus rationem cursus Lunę deprehendit, ut ait Fulgentiu.

A ueneris facie non est prior vlla, tuaq;
Ne'ue meis credas vocibus, ipsa uide.
Quanto cùm radijs fulges argentea puris,
Concedunt flammis sydera cuncta tuis:
Tantò formosis formosior omnibus illa est:
Si dubitas, cæcum Cynthia lumen habes.
Hæc ego, vel certè non his diuersa locutus,
Per mihi cedentes nocte ferebar aquas;
Vnda repercussę radiabat imagine Lunæ
Et nitor in tacita nocte diurnus erat:
Nullaq; uox unquàm nostras ueniebat ad aures,
Præter dimotæ corpore murmur aquæ.
Alcyones solæ memores Ceycis amati
Nescio quid visæ sunt mihi dulce queri.
Iamq; fatigatis humero ab utroque lacertis
Fortiter in summas erigor altus aquas.
Vt procul aspexi lumen, meus ignis in illo est;
*Illa meum, dixi, littora * lumen habent:*
Et subito lassis uires rediere lacertis,
Visaq; quàm fuerat, mollior unda mihi.
Frigora ne possim gelidi sentire profundi,
Qui calet in cupido pectore præstat amor.
Quò magis accedo, propioraq; littora fiunt,
Quoque minus restat, plus libet ire mihi.
Cum uerò possum cerni quoque, protinus addis
Spectatrix animos, ut ualeamq; facis.
Tunc etiam nando dominæ placuisse laboro,
Atque oculis iacto brachia nostra tuis.
Te tua uix prohibet nutrix descendere in altum.
*Hoc * quoq; enim uidi, nec mihi uerba dabas.*

alludit ad fabulam Alcyones, quæ uiso cadauere Ceycis mariti in litus eiecto, se in mare pręcipitauit. sed iussu Amphytrites ambo in Alcyones aues sunt conuersi, quæ tranquillitatem nautis promittunt, & præcipue cū nidificant.

* *aliàs, numen.*

* *aliàs, etenim.*

Nec

Nec tamen effecit, quamuis retinebat euntem,
Ne fieret prima pes tuus udus aqua.
Excipis amplexu, feliciaq; oscula iungis,
Oscula dijs magis transmare digna petit.
Deq; tuis demptos humeris mihi tradis amictus,
Et madidam siccas æquoris imbre comam.
Cætera nox, & nos & turris conscia nouit,
Quodq; mihi monstrat per vada lumen iter.
Non magis illius numerari gaudia noctis,
*Hellespontiaci quàm maris * alga potest.*
Quò breuius spatium nobis ad furta dabatur,
Hoc magis est cautum, ne foret illud iners.
Iamq; fugatura Tithoni coniuge noctem,
Præuius Auroræ Lucifer ortus erat.
Oscula congerimus properata sine ordine raptim,
Et querimur paruas noctibus esse moras.
*Atq; ita * contactus monitus nutricis amarò,*
Frigida deserta litora turre peto.
Digredimur flentes, repetoq; ego virginis æquor,
Respiciens dominam dum licet vsque meam.
Si qua fides uero est, veniens huc esse natator,
Cum redeo, videor naufragus esse mihi.
Hoc quoque si credis ad te uia prona uidetur,
At te cum redeo cliuus inertis aquæ.
Inuitus patriam repeto, quis credere posset?
Inuitus certe non moror vrbe mea.
Hei mihi, cur animis iuncti secernimur vndis?
Vnaq; mens, tellus non habet una duos?
Vel tua me Sestos, vel te mea sumat Abydos:
Tam tua terra mihi, quàm tibi nostra placet.

* *aliàs, unda.*
Hellespontiacũ mare dictũ est ab Helle, Phryxi sorore, illic submersa.

* *aliàs, cunctatus.*
alludit ad fabulã Helles puellæ.

cliuus.i. ascensus, seu monticulus, & est metaphora ab aurigis.

Cur ego confundor quoties confunditur æquor?
Cur mihi causa leuis ventus obeſſe poteſt?
hyperbole. *Iam noſtros curui norunt Delphines amores,*
Ignotum nec me piſcibus eſſe reor.
Iam petet attritus ſolitarum limes aquarum,
Non multa, quàm via preſſa rota.
Quod mihi non eſſet, niſi ſic iterare quærebar,
At nunc per ventos hoc quoque deeſſe queror.
daeſſe diſſyllabum. *Fluctibus immodicis Athamãtidos æquora canẽt;*
Vixq; manet portu tuta carina ſuo.
Hoc mare, cum primum nomen de virgine merſa,
Quæ tenet, eſt nactum, tale fuiſſe puto.
auget querelã alienæ fortunæ memoria. *Et ſatis amiſſa locus hic infamis ab Helle,*
Vtq; mihi parcat, crimine nomen habet.
Phryxus Helles frater. *Inuideo Phryxo, quem per freta triſtia tutum*
Aurea lanigero vellere vexit ouis.
Eliſſe urſa maior, Arctos vero minor, quã Tyrij obſeruãt ſicut Græci Elicẽ: ſunt autem in noſtro polo. *Nec tamen officium pecoris, nauisq; requiro,*
Dummodo, quas findam corpore, dentur aquæ.
Arte egeo nulla, detur modò copia nandi,
Idem nauigium, nauita, vector ero.
Andromede, Perſei vxor in ſidera trãſlata, ſicut corona. Ariadnes, in qua una præfulget ſtella. *Nec ſequar aut Helicẽ, aut (qua Tyrus vtitur) Arctõ,*
Publica non curat ſydera noſter amor.
Andromedon alius ſpectat, claramq; coronam,
Quæq; micat gelido Parrhaſis vrſa polo.
At mihi quod Perſeus, & cũ Ioue Liber amarũt
Indicium dubiæ non placet eſſe viæ.
* aliàs, numen. *Eſt aliud * lumen multo mihi certius iſtis,*
Non erit in tenebris quo duce noſter amor.
Hoc ego dum ſpectẽ, Colchos atque vltima Ponti,
Quaq; viam fecit Theſſala puppis, eam.

Et

Et iuuenem possim superare Palæmona nando,
Miraq; quem subito reddidit herba deum.
Sæpe per assiduos languent mea brachia motus,
Vixq; per immensas fessa trahuntur aquas.
His ego cum dixi precium non vile laboris,
Iam dominæ uobis colla tenenda dabo:
Protinus illa valent, atq; ad sua præmia tendunt.
Vt celer Heleo carcere missus equus.
Ipse meos igitur seruo quibus vror amores,
Teq; magis cælo digna puella sequor.
Digna quidem cælo, sed adhuc tellure moraris,
Aut dic ad superos hinc mihi quà sit iter.
Hinc est quòd rarò miserò contingis amanti,
Cumq; mea fiunt turbida mente freta.
Quid mihi, quòd lato nō separor æquore, prodest?
Non minus hæc nobis tam breuis obstat aqua.
Num malim (dubito) toto procul orbe remotus
Cum domina longè spem quaque habere meā.
Quò propius nunc est, flamma propiore calesco,
Et res non semper, spes mihi semper adest.
Pæne manu quod amo, tanta est vicinia, tango:
Sæpe sed heu lachrymas hoc mihi penè mouet.
Velle quid est aliud fugientia prendere poma?
Spemq; suo refugi fluminis ore sequi?
Ergo ego te nunquam, nisi cū volet vnda, tenebo?
Et me fælicem nulla videbit hyems?
Cumq; minus firmū nil sit, quàm ventus & unda,
In ventis, & aqua spes mea semper erit?
Aestus adhuc tamē est: qd cū mihi læserit æquor,
Pleias, & Arctophilax, Oleniumq; pecus?

Palæmon deus marinus, qui ēt Melicerta dictus est.

Glaucus marinus deus ex piscatore gramine gustato in deū conuersus.

Elis oppidū in Acarnania in cāpis Eleis, ubi Ioui ludi Olympiaci quinquēnales uarijs certaminibus, sed equorum cursu per celebres fiebant.

a Tantali similitudine auget difficultatē. Pleiades ortu & occasu tēpestates faciūt: sunt aūt stellæ, quæ Taurum perficiunt præter caput, Græce πλῃιάδες Latine Vergiliç. Arctophilax stellā tēpestuosa, qua & Bootes dicitur, Latine Bubulcus, eo qd more Bubulci plaustrum sequatur.

Aut ego non noui, quàm sim temerarius: aut me
In freta non cautus tunc quoque mittet amor.
Neve putes id me, quod abest, promittere tẽpus,
Pignora polliciti non tibi tarda dabo.
Sit tumidum paucis etiam nunc noctibus æquor,
Ire per inuitas experiemur aquas.
Aut mihi contiget fœlix audacia saluo,
Aut mors solliciti finis amoris erit.
Optabo tamen, vt partes expellar in illas
Et teneant portis naufraga membra tuos.
Flebis enim, tactuq; meum dignabere corpus,
Et mortis, dices, huic ego caussa fui.
Scilicet interitus offenderis omine nostri,
Litteraq; inuisa est hac mea parte tibi.
Desine parte queri, sed & vt mare finiat iram,
Accedant quæso fac tua uota meis.
Pace breui nobis opus est, dum transferor istuc:
Cum tua contigero litora, perstet hyems.
Istic est aptum nostræ nauale carinæ,
Et melius nulla stat mea puppis aqua.
Istic me claudat Boreas, vbi dulce morari est,
Tunc piger ad nandum, tunc ego cautus ero.
Nec faciam surdis conuicia fluctibus vlla,
Triste nataturo nec querar esse fretum,
Me pariter venti teneant, teneriq; lacerti,
Per caussas istic impediarq; duas.
Cum patietur hyems, remis ego corporis vtar:
Lumen in aspectu tu modò semper habe.
Interea pro me pernoctet epistola tecum:
Quam precor, vt minima persequar ipse mora.

vaticinatur de seipso: Narrando enim submersus est.

metaphora.

IN XVIII. EPIST. ARGVM.

Non satis constat cuius sit hæc epistola cum præcedente duabusq; sequẽtibus. Nam nec quæ legitur Leandri ad Heronem, nec quem Herus ad Leandrum, nec quę Acontij ad Cydippem, nec quæ Cydippes ad Acontium ab Ouidio unquam scriptas fuisse, aut a Sabino, ipsemet comprobat in secundo Elegiarum, sic scribens ad Marcum.

Et quod Penelopes uerbis reddatur Vlyssi,
Scribimus, & lacrymas Phylli relicta tuas,
Quòd Paris, & Machareus, & ꝙ male gratus Iason,
Hippolytique Parens, Hippolytusque legant,
Quodque tenens strictum Dido miserabilis ensem
Dictat, & Aoniæ Lesbis amica lyræ, &c.

Reliqua studiosis illic legenda relinquimus: satis est admonuisse. Hero accepta Leandri epistola respõdet, id agẽs, ut se ardẽter redamare significet, & ad mutuos amplexus amatorem aduocet. Desidiam uero interdũ accusat, ut ostendat, quam sincero & continuo amore semper amet. Aliquando in mare inuehitur. Nonnunquam timet ne ob aliam fuerit destituta. Verum statim amoris suspicionem in amantium cõsuetudinem, qui omnia timent, trãsferendo coniecturam imminuit. Demum suadet, ut nõ nisi tranquillo freto se committat.

HERO LEANDRO.

Quam mihi misisti verbis Leandre; salutem — Desiderium auget a temporis momento.
Vt possim missam rebus habere, veni.
Longa mora est nobis omnis, quæ gaudia differt, — se maiorem pati cruciatum sexu arguit.
Da ueniam fassæ, non patienter amo.
Vrimur igne pari, sed sum tibi viribus impar: — Ratione physicali probat intentum.
Fortius ingenium suspicor esse viris.
Vt corpus teneris, sic mens infirma, puellis.
Deficiam parui temporis adde moram.

Vos modò venando, modò rus geniale colendo,
Ponitis in varia tempora longa mora.
Aut fora uos retinent, aut vnctæ dona palestræ,
Flectitis aut fræno colla fugacis equi.
Nũc volucrem laqueo, nunc piscem ducitis hamo:
Diluitur posito serior hora mero.
*His mihi * submotis, vel si minus acriter vrar,*
Quid faciam, superest? præter amare nihil.
Quod superest facio, teq; , o mea sola voluptas,
Plus quoq; , quam credi quod mihi possit, amo.
Aut ego cum cara de te nutrice susurro,
Quæq; tuum miror causa moretur iter.
Aut mare prospiciens odioso concita uento,
Corripio verbis æquora sæpe tuis.
*Aut vbi * sæuitiam paulum grauis unda remisit,*
Posse quidem sed te nolle, venire queror.
Dũq; queror, lachrymæ per amãtia lumina manãt
Pollice quas tremulo conscia siccat anus.
Sæpe tui specto si sint in litore passus,
Impositas tanquam seruet arena notas.
Vtq; rogem de te & scribam tibi, si quis Abydo
Venerit, aut quæro si quis Abydon eat.
Quid referam, quoties do vestibus oscula, quas tu
Hellespontiaca ponis iturus aquas?
Sic vbi lux acta est, & noctis amicior hora
Exhibuit pulsa sydera clara die.
Protinus in summa vigilantia lumina turre
Ponimus assuetæ signa, notamque viæ.
Tortaq; versato ducentes stamina fuso,
Fęminea tardas fallimus arte moras.

a studiorum uarietate cõfirmatio.

*aliàs, semotis.

* aliàs, sæuitiæ.

a tempore pathos.

Pacem accensã subintelligit.

Quid

Quid loquar interea tam longo tempore quæris?
Nil, nisi Leandri nomen in ore meo est. ad nutricẽ apostrophat.
Iam ne putas exisse domo mea gaudia nutrix?
An uigilant omnes, & timet ille suos? Pingui Pallade, id est, oliua cuius inuentrix fuit Pallas.
Iam ne suas humeris illum deponere uestes,
Tingere iam pingui Pallade membra putas?
*Annuit illa * ferè, non nostra quod oscula curet,* * aliàs, fore.
Sed mouet obrepens somnus anile caput.
Postq; moræ minimum, iam certè nauigat, inquã,
Lentaq; dimotis brachia iactat aquis.
Paucaq; cum tacta perferri stamina terra,
An medio possis quærimus esse freto.
Et modò prospicimus, timida modò uoce precamur
Ut tibi det faciles utilis aura uias.
Auribus interdum uoces captamus, & omnem
Aduentus strepitum credimus esse tui.
Sic ubi deceptæ pars est mihi maxima noctis
Acta, subit furtim lumina fessa sopor.
Forsitan inuitus mecum tamen improbe dormis,
Et quamuis non uis ipse uenire, uenis.
Nam modo te uideor propè iam spectare natantẽ,
Brachia nunc humeris humida ferre meis:
Nunc dare quæ soleo madidis uelamina membris,
Pectora nunc iuncto nostra fouere sinu.
Multaq; præterea lingua reticenda modestas, Nõ honesta exprimere puellã non decet.
Quæ fecisse iuuat, facta referre pudet.
Me miseram, breuis est hæc, & nõ uera uoluptas,
Nam tunc somno semper abire soles.
Firmius o cupidi tandem coeamus amantes,
Nec careant uera gaudia nostra fide.

Peracta demonstratione adque telas redit.

Cur ego tot uiduas exegi frigida noctes?
Cur toties à me lente natator abes?
Est mare (confiteor) nondum tractabile nanti,
Nocte sed hesterna lenior aura fuit.
Cur ea præterita est? cur non uentura timebas?
Tam bona cur perijt, nec tibi capta uia est?
Protinus ut similis detur tibi copia cursus,
Hoc melior certe, quo prior illa fuit.
At citò mutata est iactati forma profundi,
Tempore, cum properas, sæpe minore uenis.

Leandri verba obiectat.

Hic puto deprensus, nil, quod quereris, haberes,
Meque tibi amplexo nulla noceret hyems.
Certè ego tunc uentos audirem læta sonantes:
Et nunquam placidas esse precarer aquas.

Pellicis suspicionem gerit.

Quid tamen euenit, cur sis metuentior undæ?
Contemptumque prius, nunc uereare fretum?
Nam memini, cum te sæuum ueniente, minaxque
Non minus, aut multo non minus, æquor erat.

aliàs, non.

*Cum tibi clamabam *sic tu temerarius esto,*
Nec misera uirtus sit tua flenda mihi.

virtus, idest, animositas, siue natandi audacia.

*Vnde nouus timor hic, *quoque illa audacia fugit?*
Magnus ubi est spretis ille natator aquis?

aliàs, quoue.

Sis tamen hoc potius, quã quod prius esse solebas,
Et facias placidum per mare tutus iter.

quicquid in occulta inspicione erat, aperit.

Dummodò sis idem, dum sic (ut scribis) amemur,
Flammaque non fiat frigidus illa cinis.
Non ego tam uentos timeo mea uota morantes,
Quam similis uento ne tuus erret amor.
Et ne sim tanti, superentque pericula causam,
Et uidear merces esse labore minor.

Interdum metuo, patria ne lædar, & impar
Dicar Abydeno Secta puella * *uiro.*
Ferre tamen possim patientius omnia, quàm si
Ocia nescio qua pellice captus agas.
In tua si ueniant alieni colla lacerti,
Sitq; nouus nostri finis amoris amor.
Ah potius peream, quàm crimine uulnerer isto,
Fataq; sint culpa nostra priora tua.
Nec quia uenturi dederis mihi signa doloris,
Hæc loquar, aut fama sollicitata noua.
Omnia sed uereor (quis enim securus amauit?)
Cogit & absentes multa timere locus.
Felices illas, quas sua præsentia nosse
Crimina uera iuuat, falsa timere uetat.
Nos tam uana mouet, quàm facta iniuria fallit,
Incitat & morsus error uterque pares.
O utinam uenias, aut hic uentus ue, pater ue.
Causaq; sit tantæ femina nulla moræ.
Quòd si quam sciero, moriar (mihi crede) dolendo:
Iamdudum peccas, si mea fata petis.
Sed neque peccabis, frustraque ego terreor istis,
Quodque minus uenias, inuida pugnat hyems.
Me miseram, quanto planguntur littora fluctu,
Et latet obscura condita nube dies.
Forsitan ad *pontum mater pia uenerit Helles,*
Mersaq; roratis nata fleatur aquis.
Aut mare, ab inuiso priuignæ nomine dictum,
Vexat in æquoream uersa nouerca deam.
Non fauet, ut nunc est, teneris locus iste puellis,
Hac Helle perijt, hac ego lædor aqua.

[Margin notes:]
* *aliàs, toro.*
a loci distantia auget timorem
Pares morsus, idest, pares curas.
suspiciones pungat, in tempestatem causam desidiæ referens
* *aliàs, portum.*
Nephales mater Helles, & maris Nympha

Pulchre Neptunum incusat, qui in amantes sæuiat, qui tot amoribus olim arserit. de Amymone Danai filia Nauplium, Palamedis patrem, genuit Neptunus sicut ex Tyro. Salmonei filia Neleum Nestoris patrem. Alcyōe vna ex Pleiadibus, Atlātis filia, sicut Celeno: Iphimediam intelligit Circes & Alymonis filiā. Laodice Priami filia. *aliàs, turbide. ex querimonia ad demonstrationem redit.

At tibi flammarum memori Neptune tuarum,
Nullus erat uentis impediendus amor.
Sed neque Amymone, nec laudatissima forma
Criminis est Tyro fabula uana tui
Lucidaque Alcyone, Cyrceq;, & Alimone nata,
Et nondum nexis angue Medusa comis.
Flauaque Laodice, celoq; recepta Celæno,
Et quarum memini nomina lecta mihi.
Has certè, pluresq; canunt, Neptune, Poetæ,
Molle latus lateri conseruiße tuo,
Cur igitur toties uires expertus amoris,
Assuetum nobis turbine claudis iter?*
Parce ferox, latoq; mari tua prælia misce:
Seducit terras hæc breuis unda duas:
Te ducet & magnas magnum iactare carinas,
Aut etiam totis classibus esse trucem.
Turpe Deo pelagi iuuenem terrere natantem,*
Gloriaq; est stagno quolibet ista minor.
Nobilis ille quidem est, & clarus origine, sed non
A tibi suspecto duxit Vlysse genus.
Da ueniam, seruaq; duos: natat ille, sed ijsdem
Corpus Leandri spes mea pendet aquis
Interea lumen (posito nam scribimus illo)
Perstrepit, & nobis prospera signa dedit.
Ecce merum nutrix faustos distilat in ignes,
Cras erimus plures, inquit, & ipsa bibit.
Effice nos plures euicta per æquora lapsus,
O penitus toto corde recepta mihi.
In tua castra redi socij desertor amoris,
Ponuntur medio cur mea membra toro?

Quid

Quid timeas, non est: auso Venus ipsa fauebit,
Sternet & æquoreas æquore nata uias.
Ire libet medias ipsi mihi sæpe per undas:
Sed solet hoc maribus tutius esse fretum.
Nam cur huc uectis Phryxo, Phryxique sorore.
Sola dedit uastis fœmina nomen aquis?
Forsitan ad reditum metuis, ne robora desint,
Aut nequeas gemini ferre laboris onus
Aut nos diuersi medium coeamus in æquor,
Obuiaq; in summis oscula demus aquis.
Atq; ita quisq; suas iterum redeamus ad urbes:
Exiguum, sed plures, quàm nihil illud erit.
Vel pudor hic utinam, quã, qui nos cogit amare
Vel timidus famæ credere uellet amor.
Nunc male res iunctæ, calor, & reuerẽtia pugnant
Quid sequar in dubio est: hæc decet, ille iuuat
Vt semel intrauit Colchos Pagasæus Iason,
Impositam celeri Phasida puppe tulit.
Vt semel Idæus Lacedæmona uenit adulter,
Cum præda rediit protinus ille suo.
Tu quàm sæpe petis, quod amas, tam sæpe relinquis,
Ea quoties graue sit puppibus ire natas.
Sic tamen ò iuuenis tumidarum uictor aquarum,
Sic facito spernas, ut uereare fretum.
Artè laborata merguntur in æquore puppes,
Tu tua plus remis brachia posse putas?
Quod cupis hoc nautæ metuunt Leandre, natare,
Exitus hic fractis puppibus esse solet.
Me miseram, cupio non persuadere, quod hortor,
Sisq; precor montis fortior ipse meis.

ingeniosa inuẽtio exẽplis corroborata.

nam vt alibi Ouid. Non bene cõueniunt, nec in vna sede morã.ur maiestas & amor. Pagasus mons Thessaliæ Medeam significat à Phaside Cholcorũ fluuio. à maiori.

Dummodo

Dummodo peruenias, excussaq; sæpe per undas
Injicias humeris brachia lassa meis.
Sed mihi cæruleas quotidie obuersor ad undas,
*Nescio quid pauidum frigore pectus habet.
Nec minus hesternæ confundor imagine noctis,
Quamuis est sacris illa piata meis.
Nanque sub aurora iam dormitante lucerna,
Tempore quo cerni somnia uera solent,
Stamina de digiti cecidere sopore remissis,
Collaq; puluino nostra ferenda dedi.
*Hac ego uentosas nantem delphina per undas
Cernere non dubia sum mihi uisa fide.
Quem postquam bibulus iniecit fluctus arenis,
Unda simul miserum, uitaq; deseruit.
Quicquid id est timeo, nec tu mea somnia ride,
Nec nisi tranquillo brachia crede mari.
Si tibi non parcis, dilectæ parce puellæ,
Quæ nunquam, nisi te sospite, sospes erit.
Spes tamen est fractis uicinæ pacis in undis,
Tu placidas tuto pectore *finde uias.
Interea quoniam nanti freta peruia non sunt,
Leniat inuisas littera missa moras.

submersi Leandri præsagium. * aliàs, nescio quod pauidum pectora frigus habent.

* aliàs, hic. recte à Delphino præsag. quo niã homini amicus est, teste Plinio.

* aliàs, scinde.

IN XIX. EPIST. ARGUMENTUM.

Profectus ad sacra Dianæ Acontius, quæ in Delo insula maris Aegæi, omnium Cycladum clarissima ex frequenti uirginum conuentu celebrabantur, in amorem uisæ Cydippes puellæ nobilis excaluit. Sed cum illam ob generis imparitatem non audiret in suum

amorem

æmorem sollicitare, nouam commentus fraudem in pulcherrimo pomo scripsit duos hosce uersus:

Iuro tibi sane per mystica sacra Dianę.
Me tibi uenturam comitem, sponsamque futu ram.

Atq; illud ad pedes puellę proiecit, quæ fraudis inscia cum imprudens legeret, uisa est se vxorem Acontio pacisci. Nam quæ ante deos in templo Delię Dianę dicerentur, rata esse debere lex erat. Cum autem paulò post pater, huiusce rei inscius, illam alii desponderet subita febre correpta est. Quare hac epistola Acontius conatur persuadere hunc morbum a Diana immissum esse, eo quod non impleuerit, quę dea præsente promiserit. Ne uero dubitet iterum decipi; ab ea exorditur parte, qua maxime hęsitare poterat, Adducit deinde eum in odium cui desponsata fuerat, cum dicat omnem ægritudinem accidere illius causa.

ACONTIVS CYDIPPE.

Accipe Cidippe despecti nomen Aconti.
Illius in pomo qui tibi verba dedit.
Pone metum; nihil hic iterum iurabis amanti,
Promissam satis est te semel esse mihi.
Perlege, discedat sic corpore languor ab isto,
Qui meus est ulla parte dolente tui.
Quid pudor ora subit? nam (sicut in æde Dianæ)
Suspicor ingenuas erubuisse genas.
Coniugium, pactamq; fidem, non crimina posco:
Debitus ut coniux, non ut adulter amo.
Verba licet repetas, quæ demptus ab arbore fætus
Pertulit ad castas me iaciente manus:

Alij hęc duo prima carmina non habent.

a pacto epistolã legi suadet.

periphrasis de pomo.

A ueneris facie non est prior vlla, tuaq;
Ne'ue meis credas vocibus, ipsa uide.
Quanto cùm radijs fulges argentea puris,
Concedunt flammis sydera cuncta tuis:
Tantò formosis formosior omnibus illa est:
Si dubitas, cæcum Cynthia lumen habes.
Hæc ego, vel certè non his diuersa locutus,
Per mihi cedentes nocte ferebar aquas;
Unda repercussę radiabat imagine Lunæ
Et nitor in tacita nocte diurnus erat:
Nullaq; uox unquam nostras ueniebat ad aures,
Præter dimotæ corpore murmur aquæ.
Alcyones solæ memores Ceycis amati
Nescio quid visæ sunt mihi dulce queri.
Iamq; fatigatis humero ab utroque lacertis
Fortiter in summas erigor altus aquas.
Ut procul aspexi lumen, meus ignis in illo est;
*Illa meum, dixi, littora * lumen habent:*
Et subito lassis uires rediere lacertis,
Visaq; quàm fuerat, mollior unda mihi.
Frigora ne possim gelidi sentire profundi,
Qui calet in cupido pectore præstat amor.
Quò magis accedo, proprioraq; littora fiunt,
Quoque minus restat, plus libet ire mihi.
Cum uerò possum cerni quoque, protinus addis
Spectatrix animos, ut ualeamq; facis.
Tunc etiam nando dominæ placuisse laboro,
Atque oculis iacto brachia nostra tuis.
Te tua uix prohibet nutrix descendere in altum.
*Hoc * quoq; enim uidi, nec mihi uerba dabas.*

alludit ad fabulam Alcyones, quæ uiso cadauere Ceycis mariti in litus eiecto, se in mare pręcipitauit. sed iussu Amphytrites ambo in Alcyones aues sunt conuersi, quæ tranquillitatem nautis promittunt, & præcipue cũ nidificant.

* *aliàs, numen.*

* *aliàs, etenim.*

Nec

Nec tamen effecit, quamuis retinebat euntem,
Ne fieret prima pes tuus udus aqua.
Excipis amplexu, feliciaq; oscula iungis,
Oscula dijs magis transmare digna petit.
Deq; tuis demptos humeris mihi tradis amictus,
Et madidam siccas æquoris imbre comam.
Cætera nox, & nos & turris conscia nouit,
Quodq; mihi monstrat per vada lumen iter.
Non magis illius numerari gaudia noctis,
*Hellespontiaci quàm maris * alga potest.* *aliàs, unda.
Quò breuius spatium nobis ad furta dabatur,
Hoc magis est cautum, ne foret illud iners.
Iamq; fugatura Tithoni coniuge noctem,
Præuius Auroræ Lucifer ortus erat.
Oscula congerimus properata sine ordine raptim,
Et querimur paruas noctibus esse moras.
Atq; ita contactus monitus nutricis amarò,*
Frigida deserta litora turre peto.
Digredimur flentes, repetoq; ego virginis æquor,
Respiciens dominam dum licet vsque meam.
Si qua fides uero est, veniens huc esse natator,
Cum redeo, videor naufragus esse mihi.
Hoc quoque si credis ad te uia prona uidetur,
At te cum redeo cliuus inertis aquæ.
Inuitus patriam repeto, quis credere posset?
Inuitus certe non moror vrbe mea.
Hei mihi, cur animis iuncti secernimur vndis?
Vnaq; mens, tellus non habet una duos?
Vel tua me Sestos, vel te mea sumat Abydos:
Tam tua terra mihi, quàm tibi nostra placet.

Hellespontiacũ mare dictũ est ab Helle, Phryxi sorore illic submersa.

* aliàs, cunctatus. alludit ad fabulã Helles puellæ.

cliuus.i. ascensus, seu monticulus, & est metaphora ab aurigis.

Cur ego confundor quoties confunditur æquor?
Cur mihi causa leuis ventus obeße potest?
hyperbole. *Iam nostros curui norunt Delphines amores,*
Ignotum nec me piscibus esse reor.
Iam petet attritus solitarum limes aquarum,
Non multa, quàm via pressa rota.
Quod mihi non esset, nisi sic iterare quærebar,
At nunc per ventos hoc quoque deesse queror.
daesse dissyllabum. *Fluctibus immodicis Athamātidos æquora canēt,*
Vixq; manet portu tuta carina suo.
Hoc mare, cum primum nomen de virgine mersa,
Quæ tenet, est nactum, tale fuisse puto.
auget querelā alienæ fortunæ memoria. *Et satis amissa locus hic infamis ab Helle,*
Vtq; mihi parcat, crimine nomen habet.
Phryxus Helles frater. *Inuideo Phryxo, quem per freta tristia tutum*
Aurea lanigero vellere vexit ouis.
Elisse ursa maior, Arctos vero minor, quā Tyrij obseruāt sicut Græci Elicē: sunt autem in nostro polo. *Nec tamen officium pecoris, nauisq; requiro,*
Dummodo, quas findam corpore, dentur aquæ.
Arte egeo nulla, detur modò copia nandi,
Idem nauigium, nauita, vector ero.
Andromede, Persei vxor in sidera trāslata, sicut corona. Ariadnes, in qua una prefulget stella. *Nec sequar aut Helicē, aut (qua Tyrus vtitur)*
Publica non curat sydera noster amor. (Arctō,
Andromedon alius spectat, claramq; coronam,
Quæq; micat gelido Parrhasis vrsa polo.
At mihi quod Perseus, & cū Ioue Liber amarūt
Indicium dubiæ non placet esse viæ.
* *aliàs, numen.* *Est aliud * lumen multo mihi certius istis,*
Non erit in tenebris quo duce noster amor.
Hoc ego dum spectē, Colchos atque vltima Ponti,
Quaq; viam fecit Thessala puppis, eam.

Et

Et iuuenem possim superare Palæmona nando,
Miraq; quem subito reddidit herba deum.
Sæpe per assiduos languent mea brachia motus,
Vixq; per immensas fessa trahuntur aquas.
His ego cum dixi precium non vile laboris,
Iam dominæ uobis colla tenenda dabo:
Protinus illa valent, atq; ad sua præmia tendunt.
Vt celer Heleo carcere missus equus.
Ipse meos igitur seruo quibus vror amores,
Teq; magis cœlo digna puella sequor.
Digna quidem cœlo, sed adhuc tellure moraris,
Aut dic ad superos hinc mihi quà sit iter.
Hinc est quòd rarò miserò contingis amanti,
Cumq; mea fiunt turbida mente freta.
Quid mihi, quòd lato nō separor æquore, prodest?
Non minus hæc nobis tam breuis obstat aqua.
Num malim (dubito) toto procul orbe remotus
Cum domina longè spem quaque habere meā.
Quò propius nunc est, flamma propiore calesco,
Et res non semper, spes mihi semper adest.
Pæne manu quod amo, tanta est vicinia, tango:
Sæpe sed heu lachrymas hoc mihi penè mouet.
Velle quid est aliud fugientia prendere poma?
Spemq; suo refugi fluminis ore sequi?
Ergo ego te nunquam, nisi cū volet vnda, tenebo?
Et me fœlicem nulla videbit hyems?
Cumq; minus firmū nil sit, quàm ventus & unda,
In ventis, & aqua spes mea semper erit?
Aestus adhuc tamē est: qd cū mihi læserit æquor,
Pleias, & Arctophilax, Oleniumq; pecus?

Palæmon deus marinus, qui ēt Melicerta dictus est. Glaucus marinus deus ex piscatore gramine gustato in deū conuersus. Elis oppidū in Acarnania in cāpis Eleis, ubi Ioui ludi Olympiaci quinquēnales uarijs certaminibus, sed equorum cursu per celebres fiebant.

a Tantali similitudine auget difficultatē. Pleiades ortu & occasu tēpestates faciūt: sunt aūt stellæ, quæ Taurum perficiunt præter caput, Græce πλειάδες Latine Vergiliæ Arctophilax stellā tēpestuosa, qua & Bootes dicitur, Latine Bubulcus, eo qđ more Bubulci plaustrum sequatur.

Aut ego non noui, quàm sim temerarius: aut me
In freta non cautus tunc quoque mittet amor.
Neve putes id me, quod abest, promittere tépus,
Pignora polliciti non tibi tarda dabo.
Sit tumidum paucis etiam nunc noctibus æquor,
Ire per inuitas experiemur aquas.
Aut mihi contiget fœlix audacia saluo,
Aut mors sollicitì finis amoris erit.
Optabo tamen, vt partes expellar in illas
Et teneant portis naufraga membra tuos.
Flebis enim, tactuq; meum dignabere corpus,
Et mortis, dices, huic ego caussa fui.
Scilicet interitus offenderis omine nostri,
Litteraq; inuisa est hac mea parte tibi.
Desine parte queri, sed & vt mare finiat iram,
Accedant quæso fac tua uota meis.
Pace breui nobis opus est, dum transferor istuc:
Cum tua contigero litora, perstet hyems.
Istic est aptum nostræ nauale carinæ,
Et melius nulla stat mea puppis aqua.
Istic me claudat Boreas, vbi dulce morari est,
Tunc piger ad nandum, tunc ego cautus ero.
Nec faciam surdis conuicia fluctibus vlla,
Triste nataturo nec querar esse fretum,
Me pariter venti teneant, teneriq; lacerti,
Per caussas istic impediarq; duas.
Cum patietur hyems, remis ego corporis vtar:
Lumen in aspectu tu modò semper habe.
Interea pro me pernoctet epistola tecum:
Quam precor, vt minima persequar ipse mora.

vaticinatur de seipso: Narrando enim submersus est.

metaphora.

I N

Non satis constat cuius sit hæc epistola cum præcedente duabusq; sequētibus. Nam nec quæ legitur Leandri ad Heronem, nec quem Herus ad Leandrum, nec quę Acontij ad Cydippem, nec quæ Cydippes ad Acontium ab Ouidio unquam scriptas fuisse, aut a Sabino, ipsemet comprobat in secundo Elegiarum, sic scribens ad Marcum.

Et quod Penelopes uerbis reddatur Vlyssi,
Scribimus, & lacrymas Phylli relicta tuas,
Quòd Paris, & Machareus, & q male gratus Iason,
Hippolytique Parens, Hippolytusque legant,
Quodque tenens strictum Dido miserabilis ensem
Dictat, & Aoniæ Lesbis amica lyræ, &c.

Reliqua studiosis illic legenda relinquimus: satis est admonuisse. Hero accepta Leandri epistola respōdet, id agēs, ut se ardēter redamare significet, & ad mutuos amplexus amatorem aduocet. Desidiam uero interdū accusat, ut ostendat, quam sincero & continuo amore semper amet. Aliquando in mare inuehitur. Nonnunquam timet ne ob aliam fuerit destituta. Verum statim amoris suspicionem in amantium cōsuetudinem, qui omnia timent, trāsferendo coniecturam imminuit. Demum suadet, ut nō nisi tranquillo freto se committat.

HERO LEANDRO.

Quam mihi misisti verbis Leandre; salutem Desiderium auget a temporis momento.
Vt possim missam rebus habere, veni.
Longa mora est nobis omnis, quæ gaudia differt, Se maiorem pati cruciatum a sexu arguit.
Da ueniam fassæ, non patienter amo.
Vrimur igne pari, sed sum tibi viribus impar: Ratione physicali probat intentum.
Fortius ingenium suspicor esse viris.
Vt corpus teneris, sic mens infirma, puellis.
Deficiam parui temporis adde moram.

Vos modò venando, modò rus geniale colendo,
a studiorum uarietate cõfirmatio. Ponitis in varia tempora longa mora.
Aut fora uos retinent, aut vnctæ dona palestræ,
Flectitis aut fræno colla fugacis equi.
Nũc volucrem laqueo, nunc piscem ducitis hamo:
Diluitur posito serior hora mero.
*aliàs, semotis. His mihi * submotis, vel si minus acriter vrar,
Quid faciam, superest? præter amare nihil.
Quod superest facio, teq;, o mea sola voluptas,
Plus quoq;, quam credi quod mihi possit, amo.
Aut ego cum cara de te nutrice susurro,
Quæq; tuum miror causa moretur iter.
Aut mare prospiciens odioso concita uento,
Corripio verbis æquora sæpe tuis.
* aliàs, sæuitiæ. Aut vbi * sæuitiam paulum grauis unda remisit,
Posse quidem sed te nolle, venire queror.
Dũq; queror, lachrymæ per amãtia lumina manãt
Pollice quas tremulo conscia siccat anus.
Sæpe tui specto si sint in litore passus,
Impositas tanquam seruet arena notas.
Vtq; rogem de te & scribam tibi, si quis Abydo
Venerit, aut quæro si quis Abydon eat.
Quid referam, quoties do vestibus oscula, quas tu
Hellespontiaca ponis iturus aquas?
a tempore pathos. Sic vbi lux acta est, & noctis amicior hora
Exhibuit pulsa sydera clara die.
Pacem accensã subintelligit. Protinus in summa vigilantia lumina turre
Ponimus assuetæ signa, notamq́ue viæ.
Tortaq; versato ducentes stamina fuso,
Feminea tardas fallimus arte moras.

Quid

Quid loquar interea tam longo tempore quæris?
Nil, nisi Leandri nomen in ore meo est. ad nutricē apostrophat.
Iam ne putas exisse domo mea gaudia nutrix?
An uigilant omnes, & timet ille suos? Pingui Pallade, id est, oliua cuius inuentrix fuit Pallas.
Iam ne suas humeris illum deponere uestes,
Tingere iam pingui Pallade membra putas?
*Annuit illa * ferè, non nostra quod oscula curet,* * aliàs, fore.
Sed mouet obrepens somnus anile caput.
Postq; moræ minimum, iam certè nauigat, inquã,
Lentaq; dimotis brachia iactat aquis.
Paucaq; cum tacta perferri stamina terra,
An medio possis quærimus esse freto.
Et modò prospicimus, timida modò uoce precamur
Ut tibi det faciles utilis aura uias.
Auribus interdum uoces captamus, & omnem
Aduentus strepitum credimus esse tui.
Sic ubi deceptæ pars est mihi maxima noctis
Acta, subit furtim lumina fessa sopor.
Forsitan inuitus mecum tamen improbe dormis,
Et quamuis non uis ipse uenire, uenis.
Nam modo te uideor propè iam spectare natantē,
Brachia nunc humeris humida ferre meis:
Nunc dare quæ soleo madidis uelamina membris,
Pectora nunc iuncto nostra fouere sinu.
Multaq; præterea lingua reticenda modestas Nō honesta exprimere puellis non decet.
Quæ fecisse iuuat, facta referre pudet.
Me miseram, breuis est hæc, & nō uera uoluptas,
Nam tunc somno semper abire soles.
Firmius o cupidi tandem coeamus amantes,
Nec careant uera gaudia nostra fide.

Peracta demonstratione adque relas redit.

Cur ego tot uiduas exegi frigida noctes?
Cur toties à me lente natator abes?
Est mare (confiteor) nondum tractabile nanti,
Nocte sed hesterna lenior aura fuit.
Cur ea præterita est? cur non uentura timebas?
Tam bona cur periit, nec tibi capta uia est?
Protinus ut similis detur tibi copia cursus,
Hoc melior certe, quo prior illa fuit.
At citò mutata est iactati forma profundi,

Leandri verba obiectat.

Tempore, cum properas, sæpe minore uenis.
Hic puto deprensus, nil, quod quereris, haberes,
Meque tibi amplexo nulla noceret hyems.
Certè ego tunc uentos audirem læta sonantes:
Et nunquam placidas esse precarer aquas.

Pellicis suspicionem gerit.

Quid tamen euenit, cur sis metuentior undæ?
Contemptumque prius, nunc uereare fretum?
Nam memini, cum te sæuum ueniente, minaxque
Non minus, aut multo non minus, æquor erat.

aliàs, non.

*Cum tibi clamabam *sic tu temerarius esto,*

virtus, ideſt, animoſitas, ſiue natandi audacia.

Nec misera uirtus sit tua flenda mihi.
*Vnde nouus timor hic, *quoque illa audacia fugit?*
Magnus ubi est spretis ille natator aquis?

aliàs, quoue.

Sis tamen hoc potius, quã quod prius esse solebas,
Et facias placidum per mare tutus iter.

quicquid in occulta inſpicione erat, aperit.

Dummodò sis idem, dum sic (ut scribis) amemur,
Flammaque non fiat frigidus illa cinis.
Non ego tam uentos timeo mea uota morantes,
Quam similis uento ne tuus erret amor.
Et ne sim tanti, superentque pericula causam,
Et uidear merces esse labore minor.

Inter-

Interdum metuo, patria ne lædar, & impar
*Dicar Abydeno Secta puella * uiro.* — * aliàs, toro.
Ferre tamen possim patientius omnia, quàm si
Ocia nescio qua pellice captus agas.
In tua si ueniant alieni colla lacerti,
Sitq; nouus nostri finis amoris amor.
Ah potius peream, quàm crimine uulnerer isto,
Fataq; sint culpa nostra priora tua.
Nec quia uenturi dederis mihi signa doloris,
Hæc loquar, aut fama sollicitata noua.
Omnia sed uereor (quis enim securus amauit?)
Cogit & absentes multa timere locus. — a loci distantia auget timorem
Felices illas, quas sua præsentia nosse
Crimina uera iuuat, falsa timere uetat.
Nos tam uana mouet, quàm facta iniuria fallit,
Incitat & morsus error uterque pares. — Pares morsus, idest, pares curas.
O utinam uenias, aut hic uentus' ue, pater' ue.
Causaq; sit tantæ femina nulla moræ.
Quòd si quam sciero, moriar (mihi crede) dolendo:
Iamdudum peccas, si mea fata petis.
Sed neque peccabis, frustraque ego terreor istis,
Quodque minus uenias, inuida pugnat hyems. — suspiciones pungat, in tempestatem causam desidiæ referens
Me miseram, quanto planguntur littora fluctu,
Et latet obscura condita nube dies.
*Forsitan ad * pontum mater pia uenerit Helles,* — * aliàs, portum.
Mersaq; roratis nata fleatur aquis. — Nephales mater Helles, & maris Nympha
Aut mare, ab inuiso priuignæ nomine dictum,
Vexat in æquoream uersa nouerca deam.
Non fauet, ut nunc est, teneris locus iste puellis,
Hac Helle perijt, hac ego lædor aqua.

Pulchre Neptunum incusat, quod in amantes sæuiat, qui tot amoribus olim arserit.

de Amymone Danai filia Nauplium, Palamedis patrem, genuit Neptunus sicut ex Tyro. Salmonei filia Neleum Nestoris patrem.

Alcyõe vna ex Pleiadibus, Atlãtis filia, sicut Celeno: Iphimediam intelligit Circes & Alymonis filiã. Laodice Priami filia.

*alias, turbide.

ex querimonia ad demonstrationem redit.

At tibi flammarum memori Neptune tuarum,
Nullus erat uentis impediendus amor.
Sed neque Amymone, nec laudatissima forma
Criminis est Tyro fabula uana tui
Lucidaque Alcyone, Cyrceq;, & Alimone nata,
Et nondum nexis angue Medusa comis.
Flauaque Laodice, celoq; recepta Celæno,
Et quarum memini nomina lecta mihi.
Has certè, pluresq; canunt, Neptune, Poetæ,
Molle latus lateri conseruisse tuo,
Cur igitur toties uires expertus amoris,
Assuetum nobis turbine claudis iter?*
Parce ferox, latoq; mari tua prælia misce:
Seducit terras hæc breuis unda duas.
Te ducet & magnas magnum iactare carinas,
Aut etiam totis classibus esse trucem.
Turpe Deo pelagi iuuenem terrere natantem,*
Gloriaq; est stagno quolibet ista minor.
Nobilis ille quidem est, & clarus origine, sed non
A tibi suspecto duxit Vlysse genus.
Da ueniam, seruaq; duos: natat ille, sed ijsdem
Corpus Leandri spes mea pendet aquis
Interea lumen (posito nam scribimus illo)
Perstrepit, & nobis prospera signa dedit.
Ecce merum nutrix faustos distilat in ignes,
Cras erimus plures, inquit, & ipsa bibit.
Effice nos plures euicta per æquora lapsus,
O penitus toto corde recepta mihi.
In tua castra redi socij desertor amoris,
Ponuntur medio cur mea membra toro?

Quid

Quid timeas, non est: auso Venus ipsa fauebit,
Sternet & æquoreas æquore nata uias.
Ire libet medias ipsi mihi sæpe per undas:
Sed solet hoc maribus tutius esse fretum.
Nam cur huc uectis Phryxo, Phryxique sorore.
Sola dedit uastis fęmina nomen aquis?
Forsitan ad reditum metuis, ne robora desint,
Aut nequeas gemini ferre laboris onus
Aut nos diuersi medium coeamus in æquor,
Obuiaq; in summis oscula demus aquis.
Atq; ita quisq; suas iterum redeamus ad urbes:
Exiguum, sed plures, quàm nihil illud erit.
Vel pudor hic utinam, quã, qui nos cogit amare
Vel timidus famæ credere uellet amor.
Nunc male res iunctæ, calor, & reuerẽtia pugnant
Quid sequar in dubio est: hæc decet, ille iuuat
Vt semel intrauit Colchos Pagasæus Iason,
Impositam celeri Phasida puppe tulit.
Vt semel Idæus Lacedæmona uenit adulter,
Cum præda rediit protinus ille suo.
Tu quàm sæpe petis, quod amas, tam sæpe reliquis,
Ea quoties graue sit puppibus ire natas.
Sic tamen ò iuuenis tumidarum uictor aquarum,
Sic facito spernas, ut uereare fretum.
Artè laborata merguntur in æquore puppes,
Tu tua plus remis brachia posse putas?
Quod cupis hoc nautæ metuunt Leandre, natare,
Exitus hic fractis puppibus esse solet.
Me miseram, cupio non persuadere, quod hortor,
Sisq; precor montis fortior ipse meis.

ingeniosa inuẽtio exẽplis corroborata.

nam vt alibi Ouid. Non bene cõueniunt, nec in vna sede morãtur maiestas & amor. Pagasus mons Thessaliæ Medeam significat à Phaside Cholcorũ fluuio. à maiori.

æmorem sollicitare, nouam commentus fraudem in pulcherrimo pomo scripsit duos hosce uersus:

Iuro tibi sane per mystica sacra Dianę.
Me tibi uenturam comitem, sponsamque futu
ram.

Atq; illud ad pedes puellę proiecit, quæ fraudis inscia cum imprudens legeret uisa est se vxorem Acontio pacisci. Nam quæ ante deos in templo Delię Dianę dicerentur, rata esse debere lex erat. Cum autem paulò post pater, huiusce rei inscius, illam alii desponderet subita febre correpta est. Quare hac epistola Acontius conatur persuadere hunc morbum a Diana immissum esse, eo quod non impleuerit, quę dea præsente promiserit. Ne uero dubitet iterum decipi; ab ea exorditur parte, qua maxime hęsitare poterat, Adducit deinde eum in odium cui desponsata fuerat, cum dicat omnem ægritudinem accidere illius causa.

ACONTIVS CYDIPPE.

ACcipe Cidippe despecti nomen Aconti. Alij hęc duo prima carmina non habent.
Illius in pomo qui tibi verba dedit.
Pone metum, nihil hic iterum iurabis amanti,
Promissam satis est te semel esse mihi. a pacto epistolã legi suadet.
Perlege, discedat sic corpore languor ab isto,
Qui meus est ulla parte dolente tui.
Quid pudor ora subit? nam (sicut in æde Dianæ)
Suspicor ingenuas erubuisse genas.
Coniugium, pactamq; fidem, non crimina posco: periphrasis de pomo.
Debitus ut coniux, non ut adulter amo.
Verba licet repetas, quæ demptus ab arbore fœtus
Pertulit ad castas me iaciente manus:

*aliàs, iurare. Inuenies illic id te spondere quod opto.
Nil tibi cum uerbis excidit illa fides.
Id metui, diuq; diffusa est ira, decebat
Te potius virgo, quam meminisse Deam.
Nunc quoq; idē timeo, sed idem tamē acrius illud
Assumpsit uires auctaq; flamma mora est.
Quique fui nunquàm paruus, uel tempore longo,
Ex spe quam dederas tu mihi, crescit amor.
Spē mihi tu dederas, meus hic tibi creditur ardor,
Non potes hoc factum teste negare Dea.
*hos duos uersus alij non habent. *Me tibi nupturam, felix eat omem Aconti,
Iuro, quam colimus, numina magna Deæ.
Adfuit, & præsens ut erat, tua uerba notauit,
Et uisa est mota dicta tulisse coma
Deceptum dicas nostra te fraude licebit,
Dum fraudis nostræ causa feratur amor.
crimen a causa quàm in amorem transfert. Fraus mea quid petij, nisi quod tibi iungerer vni?
Id me quod quereris, conciliare potest.
Non ego natura, nec sum tam callidus usu,
Solertem tu me, crede, puella facis.
Te mihi compositis (si quid tamen egimus) arte
Astrinxit uerbis ingeniosus amor.
Dictatis ab eo feci sponsalia uerbis:
Consultoque fui iuris amore uafer.
Sit fraus huic facto nomen, dicarq; dolosus,
Si tamen est, quod ames uelle tenere dolus.
Et iterum scribo, mittoque rogantia uerba,
Altera fraus hæc est; quove queraris, habes.
Si noceo, quod amo, fateor, sine fine nocebo,
Teq; petam: caueas tu licet, ipse petam.

Per

*Per gladios alij *placitas rapuere puellas,* * aliàs, rigidas.
Scripta mihi cautè littera crimen erit.
Dij faciant, possim plures imponere nodos, A maiori.
Vt tua sit nulla libera parte fides.
Mille modi restant, cliuo sudamus in vno,
Ardor inexpertum nil sinit esse meus.
Sit dubium possis ne capi, captabere certe.
Exitus in Dijs est, sed capiere tamen. metaphora ab auriga.
Vt partem effugias, non omnia retia falles,
Quæ tibi, quàm credis, plura tetendit Amor
Si non proficient artes, veniemus ad arma, exemplo audaciã commẽdat.
Inque tui cupido rapta ferere sinu,
Non sum, qui soleam Paridis reprehendere factũ, occupatiõe voluntatem vehementiorem efficit, oculus, vt ait Albert. Magnus, verus est cordis nũcius, & in oculis animus inhabitat, suntque in his maxima amoris indicia: iuxta illud propertianum Cynthia prima suis miserum me cępit ocellis.
Nec quenquam qui vir, posset vt esse, fuit.
Nos quoque, sed taceo, mors huius pœna rapinæ
Vt sit erit, quàm te non habuisse, miror.
Si esses tu formosa minus, peterere modeste,
Audaces facie cogimur esse tua.
Tu facis hoc, oculique tui, quibus ignea cedunt
Sidera, qui flammæ causa fuere meæ.
Hoc faciunt flaui crines, & eburnea ceruix,
Quæq; precor, venient in mea colla manus.
Et decor & vultus sine rusticitate pudentes,
Et Thetidis qualeis vix reor esse pedes. Homerus argẽteis pedib. Thetiden conmendat, Statius vero nineis.
Cætera si possem laudare, beatior essem:
*Nec dubito totum quin *tua pars sit opus.*
Hac ego compulsus, non est mirabile, forma, * aliàs, tibi par.
Si pignus volui vocis habere tuæ.
Denique dum captam tute cogare fateri.
Insidijs esto capta puella meis.

Inui

exemplo factū suū'n colorat. Hesione Laomedontis filia Telamoni ab Hercule data est, eo quod primus Pergama conscendisset.

Inuidiam patior passo sua premia dentur:
Cur sus a tanto crimine fructus abest?
Hesionem Telamon, Briscida cepit Achilles,
Vtraque uictorem nempe secuta uirum.
Quamlibet accuses, & sis irata licebit,
Irata liceat dum mihi posse frui.
Idem qui facimus, factam tenuabimus iram,
Sit modò placandæ copia parua tui.
Ante tuos flentem liceat consistere uultus,
Et liceat lachrymis addere uerba meis.
Vtq; solent famuli, cum uerbera sæua uerentur
Tendere submissas sub tua crura manus.
Ignoras tua iura, uoca: cur arguor absens?
Iamdudum dominæ more uenire iube.
Ipsa meos scindas licèt imperiosa capillos,
Oraq; sint digitis liuida nostra tuis,*
Omnia perpetiar, tantum fortasse timebo,
Corpore lædatur ne manus ista meo.
Sed neque compedibus, nec me compesce catenis,
Seruabor firmo uinctus amore tui.
Cum bene se, quantumq; uolet, satiauerit ira,
Ipsa tibi dices, quàm patienter amat.
Ipsa tibi dices, cum uideris omnia ferre,
Tam bene qui serui, seruiat iste mihi.
Cur reus infelix absens agor? & mea cum sit
Optima non ullo caussa tuente perit?
Hoc quod amor iussit, scriptum est iniuria nostra,
Quod de me solum nempe queraris, habes.
Non meruit falli mecum quoque Delia, si non
Vis mihi promissum reddere, redde Deæ.

* *aliàs, facta.* quę sunt in seruo incommoda includit.

Affuit

Affuit,& vidit,cum tu decepta rubebas,
Et vocem memori condidit aure tuam.
Omnia ne careant, nihil eſt uiolentius illa,
Cum ſua,quæ nolit,numina læſa videt.
Teſtis erit Calydonis aper,nam ſcimus vt illo
Sit magis in natum ſęua reperta parens.
Teſtis & Actæon,quondam fera creditus illis,
Ipſe dedit leto cum quibus antè feras.
Quæq; ſuperba parens ſaxo per corpus oborto,
Nunc quoque Mygdonia flebilis aſtat humo.
Hei mihi Cydippe, timeo tibi dicere verum,
Ne uidear cauſa falſa monere mea.
Dicendum tamen eſt,hoc eſt(mihi crede) ꝙ ægra
Ipſo nubendi tempore ſæpè iaces.
Conſulit ipſa tibi,neu ſis periura laborat:
Et ſaluam ſalua te cupit eſſe fide.
Inde fit, vt quoties exiſtere perfida tentas,
Peccatum toties corrigat illa tuum.
Parce mouere feros animoſæ virginis arcus,
Mittis adhuc fieri, ſi patiare, poteſt.
Parce precor teneros corrumpere febribus artus,
Seruetur facies iſta fruenda mihi.
Seruentur vultus ad noſtra incendia nati:
Quiq; ſubeſt niueo lenis in ore rubor.
Hoſtibus;& ſi quis ne fias noſtra,repugnat.
Sic, ſit,vt inualida te ſolet eſſe mihi:
Torqueor ex æquo vel te nubente,vel ægra.
Dicere nec poſſum quid minus eſſe uelim.
Maceror interdum,quòd ſim tibi cauſa doloris.
Teque mea lędi calliditate puto.

Dianæ irã exẽplis oſtendit.

Inſcius Actęon uidit ſine ueſte Dianam, Præda ſuis canibus non minus ille fuit.

Niobe Tantali & Taigetes Pleiados filia ex Amphione marito ſeptẽ filios totidẽq; filias accepit:quibus ab Apolline interfectis eo qđ Dianam ſpreuiſſet.

Niobe in ſaxũ iuxta Sipillum Mygdoniæ mõtẽ verſa eſt, ex quo etiam nũc manant lacrymæ.

L Inq;

Inq; caput nostrum dominæ periuria quæso
Eueniant, pœna tuta sit illa mea.
Ne tamen ignorem, quid agas, ad limina crebro
Anxius huc illuc dissimulanter eo.
Subsequor ancillam furtim, famulumq; requirens.
Profuerint somni quid tibi, quidve cibi.
Me miserum, quod non medicorum iussa ministro,
illum suspicatur cui Cydippe erat nuptura. *Adstringoq; manus, insideoq; toro.*
Et rursum miserum, quòd me procul inde remoui:
Quem minime vellem, forsitan alter adest.
Ille manus istas adstringit, & assidet ægræ,
Inuisus superis, cum superisq; mihi.
Dumq; suo tentat salientem pollice uenam,
Candida per causam brachia sæpe tenet.
Contrectatq; sinus, & forsitan oscula iungit,
metaphora cũ apostrophe ad aduersarium. *Officio merces plenior ista suo est.*
Quis tibi permisit nostras decerpere messes?
Ad spes alterius quis tibi fecit iter.
stomachosa repetitio. *Iste sinus meus est, mea turpiter oscula sumis,*
A mihi promisso corpore tolle manus.
Improbe tolle manus: quā tāgis nostra futura est;
Postmodo, si facies istud, adulter eris.
Elige de vacuis, quam non sibi vendicet alter:
Si nescis, dominum res habet ista suum.
Nec mihi credideris, recitetur formula pacti,
* fac. *Nec falsam dicas esse, * face ipsa legat.*
Alterius thalamo tibi nos: tibi dicimus, exi:
ad obiectũ responsio. *Quid facis? hinc exi non vacat iste torus.*
Nā quod habes & tu humani uerba altera pactis
Non erit iccirco par tua causa meę.

Hæc

Hæc mihi se pepigit, pater hãc tibi primus ab illa,
Sed proprior certe, quàm pater, ipsa sibi est.
Permisit pater hanc, hæc adiurauit amanti:
Ille homines, hæc est testificata Deam.
Hic metuit mendax, sed & hæc periura uocari?
Num dubitas hic sit maior, an ille metus?
Denique vt amborum conferre pericula possis,
Respice ad euentus, hæc cubat, ille uolet.
Nos quoque dissimili certamina mente subimus,
Nec spes par nobis, nec timor æquus adest.
Tu petis ex tuto grauior mihi morte repulsa est,
Idq; ego iam, quod tu forsan amabis amo.
Si tibi iustitiæ, si recti cura fuisset,
Credere debueras ignibus ipse meis.
Nunc quoniam ferus hic pro causa pugnat iniqua in odium vertit aduersariũ.
Ad quid Cydippe littera nostra redit?
Hic facit vt iaceas, & sis suspecta Dianæ,
Hunc, tu, si sapias, limen adire vetes.
Hoc faciente subis tam sæua pericula uitæ,
Atque vtinam pro te, qui mouet illa, cadat.
Quem si repuleris, nec quem Dea damnat, amaris,
Et tu continuò, certè ego saluus ero.
Siste metum virgo, stabili potiere salute,
Fac modò polliciti conscia templa colas.
NON boue mactato cœlestia numina gaudent, catholica sententia.
Sed, quæ præstanda est, & sine teste, fide.
Vt valeant aliæ, ferrum patiuntur & ignes: A maiori.
Fert alijs tristem succus amarus opem.
Nil opus est istis, tantum per iuria uita,
Teq; simul serua, meq; datamq; fidem.

Præteritæ ueniam dabit ignorantia culpæ,
*Exciderant animo fœdera * lecta tuo.* * nostra.
Admonita es modo uoce mea, modo casibus istis,
Quos quoties tentas fallere, ferre soles.
His quoque uitatis: in partu nempe rogabis:
Vt tibi luciferas afferat illa manus.
Audiet hæc repetens, quæ sunt audita, requiret
Ipsa tibi de quo coniuge partus eat.
Promittes votum, scit te promittere falso:
Iurabis, scit te fallere posse Deos.
Non agitur de me, cura maiore laboro,
Anxia sunt uitæ pectora nostra tuæ.
Cur modo te dubij pauidam fleuere parentes,
Ignarus culpæ quos facis esse tuæ?
Et cur ignorant? mari licet omnia narres,
Nil tua Cydippe facta ruboris habent.
Ordine fac referas, vt sis mihi cognita primum,
Sacra pharetratæ dum facis ipsa Deæ.
Vt te conspecta, subito, si forte notasti,
Restiterim fixis in tua membra genis.
Et te dum nimium miror, nota certa furoris,
Deciderint humero pallida lapsa meo.
Postmodo, nescio quà, venisse volubile malum,
Verba ferens doctis insidiosa notis.
Quod quia sit lectum sancta præsente Diana,
Esse tuam uictam, numine teste, fidem.
Ne tamen ignoret scripti sententia quæ sit,
Lecta tibi quondam nunc quoque uerba refer.
Nube precor dicet, cui te bona numina iungunt,
Quem fore iurasti, sit gener ille mihi.

Diana Lucina nũcupatur: qđ parturientibus præest, vt ait Varro.

rem aperit.

Quis-

Quisquis is est, placeat, quoniã placet ante Dianæ,
Talis erit mater, si modo mater erit.
Si tamen, & quærat, quis sim qualisq;, videto:
Inueniet nobis consuluisse Deam.
Insula corycij quondam celeberrima Nymphis,
Cingitur Aegeo nomine Cæa mari.
Illa mihi patria est, nec si generosa probaris
Nomina, despectis arguor ortus auis.
Sunt & opes nobis, sunt & sine crimine mores;
Amplius vtq; nihil, me tibi iungit amor.
Appeteres talem vel non iurata maritum,
Iurata vel non talis habendus erat.
Hæc tibi me in somnis iaculatrix scribere Phœbe,
Hæc tibi me vigilans scribere iussit Amor.
E quibus, alterius mihi iam nocuere sagittæ:
Alterius noceant ne tibi tela, caue.
Iuncta salus nostra est miserere meiq;, tuiq;
Quid dubitas vnam ferre duabus opem?
Quod si contigerit, cum iam data signa sonabunt,
Tinctaque votiuo sanguine Delos erit?
Aurea ponetur mali felicis imago,
Clausaq; versiculis scripta duobus erit.
Effigie pomi testatur Acontius huius,
Quę fuerint in eo scripta, fuisse rata.
Longior infirmum ne lasset epistola corpus,
Clausaq; consueto sit tibi fine, vale.

Coryciũ nympharũ antruin, in Parnaso. Cæa insula inter Cyclades in mari Aegæo, à Cæo Titani filio.

Dianæ & Cupidinis monitu epistolæ dat auctoritatem.

tubarum sonitu conuocabãtur ad sacra Dianæ.

IN XX. EPIST. ARGVM.

¶Cũ excepisset Cydippe hãc sibi febrẽ Dianæ ĩdignatione contigisse, in Acontij uota cõtra paternã uolũtatem

tem condeſcendere maluit, quam diutius torqueri. In primis reſpondet ſe non auſam fuiſſe epiſtolam ſuam clare voce exprimere, ne ut in pomo iterum iuraret. Deinde narrãdo qualiter inſidioſum illum pomum ac ceperit, in ipſum Acontium inuehitur. illud non duxi ſilentio prætereundum, in hac epiſtola addidiſſe aliquem quicquid ſequitur poſt illum uerſiculum. Quos uereor paucos ne uelit eſſe mihi. Quod nõ ſolũ uidetur adulterium, immo totã epiſtola, cum nuſquam conſtet, ut iam diximus, Ouidium, neque Sabinum ſcripſiſſe epiſtolas Leandri, Herus, Acontij, Cidippes: Quas ſi Ouidius compoſuiſſet, ne ſuo labore priuaretur, certe meminiſſet ſicut de reliquis. Si de Sabino contendas, uideas quæſo ſi bene cum Sabini ſtylo conueniant.

CYDIPPE ACONTIO.

Pertimuis, ſcriptumque tuũ ſine murmure legi,
Iuraret ne quos inſcia lingua Deos.
Et puto captaſſe iterum, niſi ut ipſe fateris,
Promißam ſciresme ſatis eſſe ſemel.
Ne lectura fui, ſed ſi tibi dura fuiſſem,
Aucta foret ſæuæ forſitan ira Deæ.
Omnia cum faciam; cum dempia thura Dianæ,
Illa tamen iuſta plus tibi parte fauet.
Teque cupis credi, memori te uindicat ira,
Talis in Hippolyto uix fuit illa ſuo.
At melius uirgo fauißet uirginis annis,
Quos uereor paucos ne uelit eſſe mihi.
Languor enim cauſis non apparentibus hæret,
Adiuuor & nulla feſſa medentis ope.
Quàm tibi nunc gracilẽ uix hæc reſcribere, quãq;
Pallida uix cubito membra leuare putas?

Aeſculapius, Dianæ precib. Hippolytum ab equis laceratũ, ad vitã reduxit

mouet pietatẽ

Nunc timor accedit, ne quis, nisi conscia nutrix
Colloquij nobis sentiat esse vices.
Ante fores sedet hæc; quid agā rogantibus inter,
Vt possim tutò scribere, dormit, ait.
Mox vbi secreti longè causa optima somnus
Credibilis tarda desinit esse mora;
Iamq; venire videt, quos non admittere durū, est, nutricis astutia exprimit.
Excreat, & ficta dat mihi signa nota. excreare ē quadam vi expuere.
Sicut eam properans verba imperfecta relinquo,
Et tegitur trepido littera cauta sinu.
Inde meos digitos iterum repetita fatigat:
Quantus sint nobis, aspicis ipse, labor.
Quæ peream, si dignus erat, vt vera loquamur,
Sed melior iusto, quamq; mereris, ero.
Ergo te propter toties incerta salutis
Commentis pœnas doque dedique tuis?
Hęc nobis formæ te laudatore superbæ
Contingit merces, & placuisse nocet.
Si tibi deformis (quod mallem) visa fuissem,
Culpatum nulla corpus egeret ope.
Nunc laudata gemo, nunc me certamine vestro
Proditis, & proprio vulneror ipsa bono,
Dum neque tu cedis, nec se putat ille secundum, aduersariū Acontio cofert.
Tu votis obstas illius, ille tuis.
Ipsa velut nauis iactor, quam certus in altum comparatio.
Propellit Boreas, æstus, & unda refert.
Cumque dies claris optata parentibus instat,
Immodicus pariter corporis ardor inest. Persephone, Proserpina.
Et mihi coniugij tempus crudelis ad ipsum
Persephone nostras pulsat acerbat fores,

Iam pudet & time, quamuis mihi conscia non sim,
Offensos uidear ne meruiße Deos,
diuersas hominum sentētias affert de morbi causa. Accidere hoc aliquis casu contendit, & alter
Acceptum superis hunc negat esse uirum.
Ne'ue mihi credas in te quoque dicere famam,
Facta veneficijs pars putat ista meis.
Causa latet, mala nostra patent: vos pace mouetis
Aspera submota prælia, plector ego.
Dicam nunc, solitoque tibi ne despice amore:
Quid facies odio, sic vbi amore noces?
Si lædis quòd amas, hostem sapienter amabis.
Me precor vt serues, perdere velle velis.
Aut tibi iam nulla est speratæ cura puellæ,
Quam ferus indigna labe perire sinis:
Aut Dea si frustrà pro me tibi sæua rogatur,
Quid mihi te iactas? gratia nulla tua est.
Elige quid fingas, non uis placare Dianam,
a tempore pathos. Immemores nostri, non potes, illa tui est.
Vel nunquam mallem, vel nō mihi tempore in illo
Esset in Aegæis cognita Delos aquis,
Tunc mea difficili deducta est æquore nauis,
Et fuit ad cœptas hora sinistra vias.
Quo pede processi? quo me pede limine moui,
Picta meæ tetigit quo pede texta ratis?
more amantiū mentem variat Bis tamen aduerso redierunt carbasa uento:
Mentior ah demens ille secundus erat.
Ille secundus erat, qui me referebat euntem,
Quique parum felix impediebat iter.
Atque vtinam constans contra mea vela fuißet,
Sed stultum est uenti de leuitate queri.

Mato

Mota loci fama properabam uisere Delon,
Et facere ignaua puppe videbar iter.
Quam sępe, ut tardis feci conuicia remis:
Quęstaque sum uento lintea parca dare.
Et iam trãsiera Myconẽ, iam Tenon, & Andron;
Inque meis oculis candida Delos erat,
Quam procul ut uidi, quid me fugis insula, dixi?
Laberis in magno nunquid, vt ante, mari?
Iusseram terrę, cum iam propè luce peracta
Demere purpureis Sol iuga uellet equis.
Quos idem solitos postquam reuocauit ad ortus,
Comuntur nostræ matre iubente comæ.
Ipsa dedit gemmas digitis, & crinibus aurum,
Et vestes humeris induit ipsa meis.
Protinus egressæ superis quibus insula sacra est,
Flaua salutatis thura, merumque damus.
Dumque parens aras uotiuo sanguine tingit,
Festaque fumosis ingerit exta focis.
Sedula me nutrix alias quoque ducit in ædes,
Erramusque uago per loca sacra pede.
Et modò porticibus spatior, modo munera regnum
Miror, & in cunctis stantia signa locis.
Miror & innumeris structam de cornibus aram,
Et de qua pariens arbore nixa Dea est.
Et quæ præterea (neque enim memini'ue, libet'ue
Quicquid ibi uidi dicere) Delos habet.
Forsitan hæc spectans à te spectabor Aconti,
Visaque simpli citas est mea posse capi:
In templum redeo gradibus sublime Dianæ,
Tutior hoc ecquis debuit esse locus?

Mycone insula vna ex Cycladibus, sicut Tenos, quæ ab Aristo. propter aquarum abundantiã Hydrusa appellatur. Andros insula, Samo propinqua, quæ Asiæ adiacet ex opposito ad Ephesum.

Dianæ templi apparatus. aram Dianæ intelligit venationis Deæ, cuius indicia erãt cornua ferarum. quæ sit arbor, de qua Dea parens est nixa, aperte declarat Ouid. li. 6. Met. his versibus: Illic incumbens cum Palladis arbore palmæ, Edidit, inuita geminos Latona nouerca. Arborem itaque palmæ, & oliuę dicit, sub quibus Latona Dianam & Apollinem peperit.

Mittitur

Pulchre Neptunum incusat & in amantes sæuiat, qui tot amoribus olim arserit.

At tibi flammarum memori Neptune tuarum,
Nullus erat uentis impediendus amor.
Sed neque Amymone, nec laudatissima forma
Criminis est Tyro fabula uana tui

de Amymone Danai filia Nauplium, Palamedis patrem, genuit Neptunus sicut ex Tyro. Salmonei filia Neleum Nestoris patrem. Alcyōe vna ex Pleiadibus, Atlātis filia, sicut Celeno: Iphimediam intelligit Circes & Alymonis filiā. Laodice Priami filia.

Lucidaque Alcyone, Cyrceq;, & Alimone nata,
Et nondum nexis angue Medusa comis.
Flauaque Laodice, celoq; recepta Celæno,
Et quarum memini nomina lecta mihi.
Has certè, puresq; canunt, Neptune, Poetæ,
Molle latus lateri conseruisse tuo,
Cur igitur toties uires expertus amoris,
Assuetum nobis turbine claudis iter?*
Parce ferox, latoq; mari tua prælia misce:
Seducit terras hæc breuis unda duas.
Te ducet & magnas magnum iactare carinas,
Aut etiam totis classibus esse trucem.

*alias, turbide.

Turpe Deo pelagi iuuenem terrere natantem,*
Gloriaq; est stagno quolibet ista minor.

ex querimonia ad demonstrationem redit.

Nobilis ille quidem est, & clarus origine, sed non
A tibi suspecto duxit Vlysse genus.
Da ueniam; seruaq; duos: natat ille, sed iisdem
Corpus Leandri spes mea pendet aquis
Interea lumen (posito nam scribimus illo)
Perstrepit, & nobis prospera signa dedit.
Ecce merum nutrix faustos distilat in ignes,
Cras erimus plures, inquit, & ipsa bibit.
Effice nos plures euicta per æquora lapsus,
O penitus toto corde recepta mihi.
In tua castra redi socij desertor amoris,
Ponuntur medio cur mea membra toro?

Quid

Quid timeas, non est: auso Venus ipsa fauebit,
Sternet & æquoreas æquore nata uias.
Ire libet medias ipsi mihi sæpe per undas:
Sed solet hoc maribus tutius esse fretum.
Nam cur huc uectis Phryxo, Phryxique sorore,
Sola dedit uastis fœmina nomen aquis?
Forsitan ad reditum metuis, ne robora desint,
Aut nequeas gemini ferre laboris onus.
Aut nos diuersi medium coeamus in æquor,
Obuiaq; in summis oscula demus aquis.
Atq; ita quisq; suas iterum redeamus ad urbes:
Exiguum, sed plures, quàm nihil illud erit.
Vel pudor hic utinam, quã, qui nos cogit amare
Vel timidus famæ credere uellet amor.
Nunc male res iunctæ, calor, & reuerẽtia pugnant
Quid sequar in dubio est: hæc decet, ille iuuat.
Vt semel intrauit Colchos Pagasæus Iason,
Impositam celeri Phasida puppe tulit.
Vt semel Idæus Lacedæmona uenit adulter,
Cum præda rediit protinus ille suo.
Tu quàm sæpe petis, quod amas, tam sæpe reliquis,
Ea quoties graue sit puppibus ire natas.
Sic tamen ò iuuenis tumidarum uictor aquarum,
Sic facito spernas, ut uereare fretum.
Artè laborata merguntur in æquore puppes,
Tu tua plus remis brachia posse putas?
Quod cupis hoc nautæ metuunt Leandre, natare,
Exitus hic fractis puppibus esse solet.
Me miseram, cupio non persuadere, quod hortor,
Sisq; precor montis fortior ipse meis.

Dummodo

ingeniosa inuẽtio exẽplis corroborata.

nam vt alibi Ouid. Non bene cõueniunt, nec in vna sede morãtur maiestas & amor. Pagasus mons Thessaliæ Medeam significat à Phaside Cholcorũ fluuio.

à maiori.

amorem sollicitare, nouam commentus fraudem in pulcherrimo pomo scripsit duos hosce uersus:

Iuro tibi sane per mystica sacra Dianæ.
Me tibi uenturam comitem, sponsamque futuram.

Atq; illud ad pedes puellæ proiecit, quæ fraudis inscia cum imprudens legeret uisa est se vxorem Acontio pacisci. Nam quæ ante deos in templo Deliæ Dianæ dicerentur, rata esse debere lex erat. Cum autem paulo post pater, huiusce rei inscius, illam alii desponderet subita febre correpta est. Quare hac epistola Acontius conatur persuadere hunc morbum a Diana immissum esse, eo quod non impleuerit, quæ dea præsente promiserit. Ne uero dubitet iterum decipi; ab ea exorditur parte, qua maxime hæsitare poterat, Adducit deinde eum in odium cui desponsata fuerat, cum dicat omnem ægritudinem accidere illius causa.

ACONTIVS CYDIPPE.

Accipe Cidippe despecti nomen Aconti.
Illius in pomo qui tibi verba dedit. — Alij hæc duo prima carmina non habent.
Pone metum; nihil hic iterum iurabis amanti,
Promissam satis est te semel esse mihi. — a pacto epistolã legi suadet.
Perlege, discedat sic corpore languor ab isto,
Qui meus est ulla parte dolente tui.
Quid pudor ora subit? nam (sicut in æde Dianæ)
Suspicor ingenuas erubuisse genas.
Coniugium, pactamq; fidem, non crimina posco: — periphrasis de pomo.
Debitus ut coniux, non ut adulter amo.
Verba licet repetas, quæ demptus ab arbore fœtus
Pertulit ad castas me iaciente manus:

Inuenies

*aliàs, iurare. Inuenies illic id te spondere quod opto.
Nil tibi cum uerbis excidit illa fides.
Id metui, diuq; diffusa est ira, decebat
Te potius virgo, quam meminisse Deam.
Nunc quoq; idē timeo, sed idem tamē acrius illud
Assumpsit uires auctaq; flamma mora est.
Quique fui nunquàm paruus, uel tempore longo,
Ex spe quam dederas tu mihi, crescit amor.
Spē mihi tu dederas, meus hic tibi creditur ardor,
Non potes hoc factum teste negare Dea.
* hos duos uersus alij non habent. *Me tibi nupturam, felix eat omem Aconti,
Iuro, quam colimus, numina magna Deæ.
Adfuit, & præsens ut erat, tua uerba notauit,
Et uisa est mota dicta tulisse coma.
Deceptum dicas nostra te fraude licebit,
Dum fraudis nostræ causa feratur amor.
crimen a causa quàm in amorem transfert. Fraus mea quid petij, nisi quod tibi iungerer vni?
Id me quod quereris, conciliare potest.
Non ego natura, nec sum tam callidus usu,
Solertem tu me, crede, puella facis.
Te mihi compositis (si quid tamen egimus) arte
Astrinxit uerbis ingeniosus amor.
Dictatis ab eo feci sponsalia uerbis:
Consultoque fui iuris amore uafer.
Sit fraus huic facto nomen, dicarq; dolosus,
Si tamen est, quod ames uelle tenere dolus.
Et iterum scribo, mittoque rogantia uerba,
Altera fraus hæc est; quo ve queraris, habes.
Si noceo, quod amo, fateor, sine fine nocebo,
Teq; petam: caueas tu licet, ipse petam.

Per

*Per gladios alij *placitas rapuere puellas,*
Scripta mihi cautè littera crimen erit.
Dij faciant, possim plures imponere nodos,
Vt tua sit nulla libera parte fides.
Mille modi restant, cliuo sudamus in vno,
Ardor inexpertum nil sinit esse meus.
Sit dubium possis ne capi, captabere certe.
Exitus in Dijs est, sed capiere tamen.
Vt partem effugias, non omnia retia falles,
Quæ tibi, quàm credis, plura tetendit Amor
Si non proficient artes, veniemus ad arma,
Inque tui cupido rapta ferere sinu,
Non sum, qui soleam Paridis reprehendere factũ,
Nec quenquam qui vir, posset vt esse, fuit.
Nos quoque, sed taceo, mors huius pœna rapinæ
Vt sit erit, quàm te non habuisse, miror.
Si esses tu formosa minus, peterere modeste,
Audaces facie cogimur esse tua.
Tu facis hoc, oculique tui, quibus ignea cedunt
Sidera, qui flammæ causa fuere meæ.
Hoc faciunt flaui crines, & eburnea ceruix,
Quæq; precor, venient in mea colla manus.
Et decor & vultus sine rusticitate pudentes,
Et Thetidis qualeis vix reor esse pedes.
Cætera si possem laudare, beatior essem:
*Nec dubito totum quin *tua pars sit opus.*
Hac ego compulsus, non est mirabile, forma,
Si pignus volui vocis habere tuæ.
Denique dum captam tute cogare fateri.
Insidijs esto capta puella meis,

** aliàs, rigidas.*

A maiori.

metaphora ab auriga.

exemplo audaciã commẽdat. occupatiõe voluntatem vehementiorem efficit, oculus, vt ait Albert. Magnus, verus est cordis nũcius, & in oculis animus inhabitat, suntque in his maxima amoris indicia: iuxta illud propertianum Cynthia prima suis miserum me cepit ocellis.

Homerus argẽteis pedib. Thetiden conmendat, Statius vero niueis.

** aliàs, tibi par.*

Inui

exemplo factū suum colorat.
Hesione Laomedontis filia Telamoni ab Hercule data est, eo quod primus Pergama conscendisset.

Inuidiam patior passo sua premia dentur:
Cur sus a tanto crimine fructus abest?
Hesionem Telamon, Briseida cepit Achilles,
Vtraque uictorem nempe secuta uirum.
Quamlibet accuses, & sis irata licebit,
Irata liceat dum mihi posse frui.
Idem qui facimus, factam tenuabimus iram,
Sit modò placandæ copia parua tui.
Ante tuos flentem liceat consistere uultus,
Et liceat lachrymis addere uerba meis.
Vtq; solent famuli, cum uerbera sæua uerentur
Tendere submissas sub tua crura manus.
Ignoras tua iura, uoca: cur arguor absens?
Iamdudum dominæ more uenire iube.
Ipsa meos scindas licèt imperiosa capillos,

aliàs, facta.

*Oraq; sint digitis liuida*nostra tuis,*

quę sunt in seruo incommoda includit.

Omnia perpetiar, tantum fortasse timebo,
Corpore lædatur ne manus ista meo.
Sed neque compedibus, nec me compesce catenis,
Seruabor firmo uinctus amore tui.
Cum bene se, quantumq; uolet, satiauerit ira,
Ipsa tibi dices, quàm patienter amat.
Ipsa tibi dices, cum uideris omnia ferre,
Tam bene qui serui, seruiat iste mihi.
Cur reus infelix absens agor? & mea cum sit
Optima non ullo caussa tuente perit?
Hoc quod amor iussit, scriptum est iniuria nostra,
Quod de me solum nempe queraris, habes.
Non meruit falli mecum quoque Delia, si non
Vis mihi promissum reddere, redde Deæ.

Affuit

Affuit, & vidit, cum tu decepta rubebas,
Et vocem memori condidit aure tuam.
Omnia ne vareant, nihil eſt uiolentius illa,
Cum ſua, quæ nolit, numina læſa videt.
Teſtis erit Calydonis aper, nam ſcimus vt illo
Sit magis in natum ſæua reperta parens.
Teſtis & Actæon, quondam fera creditus illis,
Ipſe dedit leto cum quibus antè feras.
Quæq; ſuperba parens ſaxo per corpus oborto,
Nunc quoque Mygdonia flebilis aſtat humo.
Hei mihi, Cydippe, timeo tibi dicere verum,
Ne uidear cauſa falſa monere mea.
Dicendum tamen eſt, hoc eſt (mihi crede) q̃ ægra
Ipſo nubendi tempore ſæpè iaces.
Conſulit ipſa tibi, neu ſis periura laborat:
Et ſaluam ſalua te cupit eſſe fide.
Inde fit, vt quoties exiſtere perfida tentas,
Peccatum toties corrigat illa tuum.
Parce mouere feros animoſæ virginis arcus,
Mittis adhuc fieri, ſi patiare, poteſt.
Parce precor teneros corrumpere febribus artus,
Seruetur facies iſta fruenda mihi.
Seruentur vultus ad noſtra incendia nati:
Quiq; ſubeſt niueo lenis in ore rubor.
Hoſtibus, & ſi quis ne fias noſtra, repugnat.
Sic, ſit, vt inualida te ſolet eſſe mihi:
Torqueor ex æquo vel te nubente, vel ægra.
Dicere nec poſſum quid minus eſſe uelim.
Maceror interdum, quòd ſim tibi cauſa doloris.
Teque mea lędi calliditate puto.

Dianæ irã exẽplis oſtendit.

Inſcius Actęon uidit ſine ueſte Dianam, Præda ſuis canibus non minus ille fuit.

Niobe Tantali & Taigetes Pleiados filia ex Amphione marito ſeptẽ filios totidẽq; filias accepit: quibus ab Apolline interfectis eo qđ Dianam ſpreuiſſet. Niobe in ſaxũ iuxta Sipillum Mygdoniæ mõtẽ verſa eſt, ex quo etiam nũc manant lacrymæ.

Inq; caput nostrum dominæ periuria quæso
Eueniant, pœna tuta sit illa mea.
Ne tamen ignorem, quid agas, ad limina crebro
Anxius huc illuc dissimulanter eo.
Subsequor ancillam furtim, famulumq; requirens.
Profuerint somni quid tibi, quidve cibi.
Me miserum, quod non medicorum iussa ministro,
Adstringoq; manus, insideoq; toro.

illum suspicatur cui Cydippe erat nuptura.

Et rursum miserum, quòd me procul inde remoui:
Quem minime vellem, forsitan alter adest.
Ille manus istas adstringit, & assidet ægræ,
Inuisus superis, cum superisq; mihi.
Dumq; suo tentat salientem pollice uenam,
Candida per causam brachia sæpe tenet.
Contrectatq; sinus, & forsitan oscula iungit,
Officio merces plenior ista suo est.

metaphora cũ apostrophe ad aduersarium.

Quis tibi permisit nostras decerpere messes?
Ad spes alterius quis tibi fecit iter.

stomachosa repetitio.

Iste sinus meus est, mea turpiter oscula sumis,
A mihi promisso corpore tolle manus.
Improbe tolle manus: quã tãgis nostra futura est;
Postmodo, si facies istud, adulter eris.
Elige de vacuis, quam non sibi vendicet alter:
Si nescis, dominum res habet ista suum.
Nec mihi credideris, recitetur formula pacti,
Nec falsam dicas esse, * face ipsa legat.

* fac.

Alterius thalamo tibi nos: tibi dicimus, exi:
Quid facis? hinc exi non vacat iste torus.

ad obiectũ responsio.

Nã quod habes & tu humani uerba altera pactis
Non erit iccirco par tua causa meę.

Hæc mihi se pepigit, pater hāc tibi primus ab illa,
Sed proprior certe, quàm pater, ipsa sibi est.
Permisit pater hanc, hæc adiurauit amanti:
Ille homines, hæc est testificata Deam.
Hic metuit mendax, sed & hæc periura uocari?
Num dubitas hic sit maior, an ille metus?
Denique vt amborum conferre pericula possis,
Respice ad euentus, hæc cubat, ille uolet.
Nos quoque dissimili certamina mente subimus,
Nec spes par nobis, nec timor æquus adest.
Tu petis ex tuto grauior mihi morte repulsa est,
Idq́; ego iam, quod tu forsan amabis amo.
Si tibi iustitiæ, si recti cura fuisset,
Credere debueras ignibus ipse meis.
Nunc quoniam ferus hic pro causa pugnat iniqua in odium vertit aduersariū.
Ad quid Cydippe littera nostra redit?
Hic facit vt iaceas, & sis suspecta Dianæ,
Hunc, tu, si sapias, lumen adire vetes.
Hoc faciente subis tam sæua pericula uitæ,
Atque vtinam pro te, qui mouet illa, cadat.
Quem si repuleris, nec quem Dea damnat, amaris,
Et tu continuò, certè ego saluus ero.
Siste metum virgo, stabili potiere salute,
Fac modò polliciti conscia templa colas.
NON boue mactato cœlestia numina gaudent, catholica sententia.
Sed, quæ præstanda est, & sine teste, fide.
Vt valeant aliæ, ferrum patiuntur & ignes: A maiori.
Fert alijs tristem succus amarus opem.
Nil opus est istis, tantum per iuria uita,
Teq́; simul serua, meq́; datamq́; fidem.

Præteritæ veniam dabit ignorantia culpæ,
* nostra. Exciderant animo fœdera * lecta tuo.
Admonita es modo uoce mea, modo casibus istis,
Quos quoties tentas fallere, ferre soles.
Diana Lucina nūcupatūr: q̄d parturientibus præest, vt ait Varro. His quoque uitatis: in partu nempe rogabis:
Vt tibi luciferas afferat illa manus.
Audiet hæc repetens, quæ sunt audita, requiret
Ipsa tibi de quo coniuge partus eat.
Promittes votum, scit te promittere falso:
Iurabis, scit te fallere posse Deos.
Non agitur de me, cura maiore laboro,
Anxia sunt uitæ pectora nostra tuæ.
Cur modo te dubij pauidam fleuere parentes,
Ignarus culpæ quos facis esse tuæ?
Et cur ignorant? mari licet omnia narres,
Nil tua Cydippe facta ruboris habent.
rem aperit. Ordine fac referas, vt sis mihi cognita primum,
Sacra pharetratæ dum facis ipsa Deæ.
Vt te conspecta, subito, si forte notasti,
Restiterim fixis in tua membra genis.
Et te dum nimium miror, nota certa furoris,
Deciderint humero pallida lapsa meo.
Postmodo, nescio quà, venisse volubile malum,
Verba ferens doctis insidiosa notis.
Quod quia sit lectum sancta præsente Diana,
Esse tuam uictam, numine teste, fidem.
Ne tamen ignoret scripti sententia quæ sit,
Lecta tibi quondam nunc quoque uerba refer.
Nube precor dicet, cui te bona numina iungunt,
Quem fore iurasti, sit gener ille mihi.

Quis-

Quisquis is est, placeat, quoniã placet ante Dianæ,
Talis erit mater, si modo mater erit.
Si tamen, & quærat, quis sim qualisq; , videto:
Inueniet nobis consuluisse Deam.
Insula corycij quondam celeberrima Nymphis,
Cingitur Aegeo nomine Cæa mari.
Illa mihi patria est, nec si generosa probaris
Nomina, despectis arguor ortus auis.
Sunt & opes nobis, sunt & sine crimine mores,
Amplius vtq; nihil, me tibi iungit amor.
Appeteres talem vel non iurata maritum,
Iurata vel non talis habendus erat.
Hæc tibi me in somnis iaculatrix scribere Phœbe,
Hæc tibi me vigilans scribere iussit Amor.
E quibus, alterius mihi iam nocuere sagittæ:
Alterius noceant ne tibi tela, caue.
Iuncta salus nostra est miserere meiq; , tuiq;
Quid dubitas vnam ferre duabus opem?
Quod si contigerit, cum iam data signa sonabunt,
Tinctaque votiuo sanguine Delos erit?
Aurea ponetur mali felicis imago,
Clausaq; versiculis scripta duobus erit.
Effigie pomi testatur Acontius huius,
Quę fuerint in eo scripta, fuisse rata.
Longior infirmum ne lasset epistola corpus,
Clausaq; consueto sit tibi fine, vale.

Coryciũ nympharũ antrum, in Parnaso.

Cæa insula inter Cyclades in mari Aegæo, à Cæo Titani filio.

Dianæ & Cupidinis monitu epistolæ dat au ctoritatem.

tubarum sonitu conuocabãtur ad sacra Dianæ.

IN XX. EPIST. ARGVM.

¶Cũ excepisset Cydippe hãc sibi febrẽ Dianæ ĩdignatione contigisse, in Acontij uota cõtra paternã uolũta

tem condescendere maluit, quam diutius torqueri. In primis respondet se non ausam fuisse epistolam suam clare voce exprimere, ne ut in pomo iterum iuraret. Deinde narrãdo qualiter insidiosum illum pomum acceperit, in ipsum Acontium inuehitur. illud non duxi silentio prætereundum, in hac epistola addidisse aliquem quicquid sequitur post illum uersiculum. Quos uereor paucos ne uelit esse mihi. Quod nõ solũ uidetur adulterium, immo totã epistola, cum nusquam constet, ut iam diximus, Ouidium, neque Sabinum scripsisse epistolas Leandri, Herus, Acontij, Cidippes: Quas si Ouidius composuisset, ne suo labore priuaretur, certe meminisset sicut de reliquis. Si de Sabino contendas, uideas quæso si bene cum Sabini stylo conueniant.

CYDIPPE ACONTIO.

Pertimuis, scriptumque tuũ sine murmure legi,
Iuraret ne quos inscia lingua Deos.
Et puto captasse iterum, nisi ut ipse fateris,
Promißam scires me satis esse semel.
Ne lectura fui, sed si tibi dura fuissem,
Aucta foret sæuæ forsitan ira Deæ.
Omnia cum faciam, cum dempia thura Dianæ,
Illa tamen iusta plus tibi parte fauet.
Teque cupis credi, memori te uindicat ira, Aesculapius, Dianæ precib Hippolytum ab equis laceratũ, ad vitã reduxit
Talis in Hippolyto uix fuit illa suo.
At melius uirgo fauißet uirginis annis,
Quos uereor paucos ne uelit esse mihi.
Languor enim causis non apparentibus hæret,
Adiuuor & nulla fessa medentis ope. mouet pietaté
Quàm tibi nunc gracilẽ uix hæc rescribere, quãq;
Pallida uix cubito membra leuare putas?

Nunc

Nunc timor accedit, ne quis, nisi conscia nutrix
Colloquij nobis sentiat esse vices.
Ante fores sedet hæc; quid agā rogantibus inter,
Vt possim tutò scribere, dormit, ait.
Mox vbi secreti longè causa optima somnus
Credibilis tarda desinit esse mora;
Iamq; venire videt, quos non admittere durū, est, nutricis astutia exprimit.
Excreat, & ficta dat mihi signa nota. excreare ē quadam vi expuere.
Sicut eam properans verba imperfecta relinquo,
Et tegitur trepido littera cauta sinu.
Inde meos digitos iterum repetita fatigat:
Quantus sint nobis, aspicis ipse, labor.
Quæ peream, si dignus erat, vt vera loquamur,
Sed melior iusto, quamq; mereris, ero.
Ergo te propter toties incerta salutis
Commentis pœnas doque dedique tuis?
Hęc nobis formæ te laudatore superbæ
Contingit merces, & placuisse nocet.
Si tibi deformis (quod mallem) visa fuissem,
Culpatum nulla corpus egeret ope.
Nunc laudata gemo, nunc me certamine vestro
Proditis, & proprio vulneror ipsa bono,
Dum neque tu cedis, nec se putat ille secundum, aduersariū cū Acontio confert.
Tu votis obstas illius, ille tuis.
Ipsa velut nauis iactor, quam certus in altum comparatio.
Propellit Boreas, æstus; & unda refert.
Cumque dies claris optata parentibus instat,
Immodicus pariter corporis ardor inest. Persephone, Proserpina.
Et mihi coniugij tempus crudelis ad ipsum
Persephone nostras pulsat acerbat fores,

Iam pudet & time, quamuis mihi conscia non sim,
Offensos uidear ne meruisse Deos,
diuersas hominum sententias affert de morbi causa. *Accidere hoc aliquis casu contendit, & alter*
Acceptum superis hunc negat esse uirum.
Ne'ue mihi credas in te quoque dicere famam,
Facta veneficijs pars putat ista meis.
Causa latet, mala nostra patent: vos pace mouetis
Aspera submota prælia, plector ego.
Dicam nunc, solitoque tibi ne despice amore:
Quid facies odio, sic vbi amore noces?
Si lædis quod amas, hostem sapienter amabis.
Me precor vt serues, perdere velle velis.
Aut tibi iam nulla est speratæ cura puellæ,
Quam ferus indigna labe perire sinis:
Aut Dea si frustrà pro me tibi sæua rogatur,
Quid mihi te iactas? gratia nulla tua est.
Elige quid fingas, non uis placare Dianam,
a tempore pathos. *Immemores nostri, non potes, illa tui est.*
Vel nunquam mallem, vel nō mihi tempore in illo
Esset in Aegæis cognita Delos aquis,
Tunc mea difficili deducta est æquore nauis,
Et fuit ad cœptas hora sinistra vias.
Quo pede processi? quo me pede limine moui,
Picta meæ tetigit quo pede texta ratis?
more amantiū mentem variat *Bis tamen aduerso redierunt carbasa uento:*
Mentior ah demens ille secundus erat.
Ille secundus erat, qui me referebat euntem,
Quique parum felix impediebat iter.
Atque vtinam constans contra mea vela fuisset,
Sed stultum est uenti de leuitate queri.

Mato

Mota loci fama properabam uisere Delon,
Et facere ignaua puppe videbar iter.
Quam sępe, ut tardis feci conuicia remis:
Quæstaque sum uento lintea parca dare.
Et iam trāsierā Myconē, iam Tenon, & Andron,
Inque meis oculis candida Delos erat,
Quam procul ut uidi, quid me fugis insula, dixi?
Laberis in magno nunquid, vt ante, mari?
Institeram terrę, cum iam propè luce peracta
Demere purpureis Sol iuga uellet equis.
Quos idem solitos postquam reuocauit ad ortus,
Comuntur nostræ matre iubente comæ.
Ipsa dedit gemmas digitis, & crinibus aurum,
Et vestes humeris induit ipsa meis.
Protinus egressæ superis quibus insula sacra est,
Flaua salutatis thura, merumque damus.
Dumque parens aras uotiuo sanguine tingit,
Festaque fumosis ingerit exta focis.
Sedula me nutrix alias quoque ducit in ædes,
Erramusque uago per loca sacra pede.
Et modò porticibus spatior, modo munera regnum
Miror, & in cunctis stantia signa locis.
Miror & innumeris structam de cornibus aram,
Et de qua pariens arbore nixa Dea est.
Et quæ præterea (neque enim memini'ue, libet'ue
Quicquid ibi uidi dicere) Delos habet.
Forsitan hæc spectans à te spectabor Aconti,
Visaque simpli citas est mea posse capi:
In templum redeo gradibus sublime Dianæ,
Tutior hoc ecquis debuit esse locus?

Myconē insula vna ex Cycladibus, sicut Tenos, quæ ab Aristo. propter aquarum abundantiā Hydrusa appellatur. Andros insula, Samo propinqua, quæ Asiæ adiacet ex opposito ad Ephesum.

Dianæ templi apparatus. aram Dianæ intelligit venationis Deæ, cuius indicia erāt cornua ferarum. quæ sit arbor, de qua Dea parens est nixa, aperte declarat Ouid. li. 6. Met. his versibus: Illic incumbens cum Palladis arbore palmæ, Edidit inuita geminos Latona nouerca. Arborem itaque palmæ, & oliuę dicit, sub quibus Latona Dianam & Apollinem peperit.

Mittitur ante pedes malum cum carmine tali.
Hei mihi iuraui nunc quoque penè tibi.
Sustulit hoc nutrix, mirataque perlege, dixit:
Insidias legi magne poeta tuas.
Nomine coniugij dicto, confusa pudore,
Sensi me totis erubuisse genis.
Luminaque in gremio veluti defixa tenebam,
Lumina propositi facta ministra tui.
Improbe qd gaudes? aut quæ tibi gloria parta est,
Quidue vir elusa virgine laudis habes?
Non ego constiteram sumpta peltata securè,
Qualis in Iliaco Penthesilea solo.
Nullus Amazonio celatus balteus auro,
Sic ab Hippolyto præda relata tibi est.
Verba quid exultas. tua si mihi verba dederunt?
Sumque parum prudens capta puella dolis?
Cydippen pomum, pomum Schœneida cepit:
Tu nunc Hippomenes scilicet alter eris.
At fuerat melius si te puer iste tenebat,
Quem tu nescio, quas dicis habere faces.
More boni solito spem non corrumpere fraude,
Exoranda tibi, non capienda fui.
Cur me cum peteres, ea non profitenda putabas?
Propter quæ nobis ipse petendus eras?
Cogere cur potius, quàm persuadere volebas,
Si poteram audita conditione capi?
Quid tibi nunc prodest iurandi formula iuris?
Linguaque præsentem testificata Deam?
Quæ iurat mens est, nil coniurauimus illa,
Illa fidem dictis addere sola potest.

Amazones peltis, idest, breuibus scutis in modum lunæ iam mediæ vtebantur. Securis quasi sequiris, vt inquit Seruius, est autē instrumētum ad ligna secanda. cuius inuentrix fuit Penthesilea Amazon: vnde & Amazones securigeræ dicūtur.

Hippomenes Atalantam Schœnei filiam cursu superauit.

Consilium prudensque amici sententia iurat, honeste suadet
Et nisi iudicij uincula nulla ualent.
Si tibi coniugium uolui promittere nostrum,
Exige polliciti debita iura tori.
Sed si nil dedimus, præter sine pectore uocem,
Verba: suis frustra uiribus orba tenes.
Non ego iuraui: legi iurantia verbam:
Vir mihi non isto more legendus eras.
Decipe sic alios; succedat epistola pomo,
Si ualet hoc, magnas diuitis aufer opes.
Fac iurent reges sua se tibi regna daturos, callide arguit.
Sitque tuum toto quidquid in orbe placet:
Maior es hac ipsa multo (mihi crede) Diana,
Si tua tam præsens litora numen habet.
Cum tamen hæc dixi, cum me tibi firma negaui,
Cum bene promissi causa peracta mei est.
Confiteor timeo sęuæ Latoidos iram,
Et corpus lædi suspicor inde meum.
Nam quare quoties socialia sacra parantur,
Nupturæ toties languida membra cadunt;
Ter mihi iam ueniens positas Hymenęus ad aures
Fugit, & è thalami limine terga dedit.
Vixque manu pigra toties infusa resurgunt
Lumina, uix moto corripit igne faces.
Sæpe coronatis stillant unguenta capillis,
Et trahitur multo splendida palla croco.
Cum tetigit limen; lacrymas mortisque timorem
Cernit, & à cultu multo remota suo.
Proijcit ipse suas deducta fronte coronas,
Spissaque de nitidis tergit amoma comis

Et

Et pudet in tristi lætum consurgere turba,
Quique erat in palla transit in ora rubor.
At mihi væ miseræ torrentur febribus artus,
Et grauius iusto pallia pondus habent.
Nostraque plorantes video super ora parentes,
Et face pro thalami fax mihi mortis adest.
Parce laboranti picta Dea læta pharetra,
Daque salutiferam iam mihi fratris opem,
Turpe tibi est, illum caussas depellere leti,
Te contrà titulum mortis habere meæ.

ad Dianam apostrophat.

Nunquid in vmbroso cum velles fonte lauari,
Imprudens vultus ad tua labra tuli?
Præterij ne tuas de tot cœlestibus aras?
Atque tua est nostra sp[...]eta parente parens?
Nil ego peccaui, nisi quòd periuria legi...
Inque parum fausto carmine docta fui.
Tu quoque pro nobis si non mentiris amorem,
Thura feras, prosint, quæ nocuere, manus.
Cur, quæ succenset, quod adhuc tibi pacta puella
Non tua sit, fieri ne tua possit, agit?
Omnia de viua tibi sunt speranda quid aufert
Sæua mihi vitam, spem tibi diua mei.
Nec tu credideris illam cui destinor vxor.
Aegra superposita membra fouere manu.
Assidet ille quidem, quantum permittitur ipsi,
Sed meminit nostrum uirginis esse torum.
Et quoq; nescio quid de me sensisse videtur:
Nam lacrymæ causa sæpe latente cadunt.

Acontium sibi consultat.

Et minus audacter blanditur, & oscula rara
Accipit, & timido me vocat ore suam.

Nec

Nec miror sensisse notis cum prodar apertis.
In læuum uersor, cum uenit ille latus.
Nec loquar, & tecto simulatur lumine somnus,
Captantem tactus eijcioq; manum.
Ingemit, & tacito suspirat pectore; meque
Offensam, quamuis non mereatur, habet.
Si mihi, quòd gaudes, & te iuuat ista uoluptas,
Si usibi, qnod sensus sum tibi fassa meo:
Si mihi lingua foret, tu nostra iustius ira,
Qui mihi tendebas retia, dignus eras.
Scribi & inualidum liceat tibi uisere corpus
Et procul à nobis, & tamen inde noces.
Mirabar quare tibi nomen Acontius esset,
Quod faciat longè uulnus, acumen habes,
Certe ego conualui nondum de uulnere tali,
Vt iaculo scriptis eminus icta tuis:
Quid tamen huc uenias? sanè miserabile corpus
Ingenij uideas bina trophæa tui. auget commiserationem.
Concidimus macie: color est sine sanguine, qualem
In pomo refero mente fuisse tuo.
Candida nec misto sublucent ora rubore,
Forma noui talis marmoris esse solet,
Argenti color est inter conuiuia talis,
Quod tactum gelidæ frigore pallet aquæ.
Si me nunc uideas, uisam prius esse negabis,
Arte nec est dices, ista petenda mea.
Promißiq; fidem, ne sim tibi iuncta remittes,
Et cupis illud non meminisse Deam.
Forsitan & facies iurem ut contraria rursus,
Quæque legam mittet altera uerba mihi.

Sed tamen aspiceres uellem, prout ipse rogabas,
Et discas sponsæ languida membra tuæ.
Durius, & ferro cum sit tibi pectus Aconti
Tu ueniam nostris uocibus ipse petas.
Ne tamen ignores, ope qua reualescere possim,
Quæritur à Delphis fata canente Deo.
Et quoq; nescio quantũ nunc uaga fama susurrat,
Neglectam queritur testis habere fidem.
Hoc Deus & uates, hoc & mea carmina dicunt,
At desunt uota carmina nulla tuo.
Unde tibi fauor hic? nisi ꝙ noua fortè reperta est,
Quæ capiat magnos littera lecta Deos?
Teq; tenente Deos nomen sequor ipsa Deorum,
Doq; libens uictas in tua uota manus.
Fassaq; sum matri deceptæ fœdera linguæ,
Lumina fixa tenent plena pudoris humo.
Cætera cura tua est, plus, hoc quoq; uirgine factũ,
Non timui tecum quòd mea charta loqui
Iam satis inualidos calamo lassauimus artus,
Et manus officium longius ægra negant.
Quid, nisi quod cupio me iam coniungere tecum,
Restat, ut adscribat littera nostra? uale.

Delphi, tã pro oppido, quàm pro oppidanis sumitur, in Parnasi radicibus.

in Acontij sententiã accedit.

ARGVMENTVM.

Tradunt Suidas & AElianus Greci scriptores, duas hoc nomine Sappho extitisse: quarum altera Erexia poetria percelebris, quæ Alcei & Pitacij atque Tarquinij Prisci tempore claruit, quæ etiam plectrum prima adinuenit. Huic nonnulli carmen Lyricum tribuunt. Altera Mytilena longe iunior, quæ psaltria, & meretrix fuit. Scripsit multa, & præclara apud Græcos poemata, adeo ut decima musa dicta sit. Quare autẽ in Phaonis amorem inciderit, Plinius herbæ tribuit lib. xxiij. Sed

adeo

adeo ut decima musa dicta sit. Quare autẽ in Phaonis amorem inciderit, Plinius herbæ tribuit li. xxiij. Sed Baptista Egnatius, uir nostræ tempestatis linguæ Græce atq; Latinæ studiosissimus, hanc fabulã ab eodem è Græco in Latinum nuper traductam recitat. AElianus omnimodæ historiæ li. xij. describit pulcherrimũ mortalium omniũ Phaonem a Venere olim lactucis occultãtẽ: esse uero & alios aliter qui scripserint, fuisse Phaonem ex eorum hominum genere, qui traijciẽdis vltrò, citroque uiatoribus nauigiolis impensiorẽ dantes operam, victũ sibi diurnum quæritarent, accessisse tãdem & Venerem, quæ, se, ut in alteram transportaret ripã nulla interim promissa stipe, rogaret. Quod cum ille libentius effecisset, nescius, quam transueheret Deam esse: tum uero a Venere longe pretiosius accepisse munus: quam si uel amplissimum manu pretium exegisset. Alabastrum nanque cum accepisset unguento quodam plenam quo semel perunctus, formosissimus repẽte mortalium cũctorum apparuit, mulieres omnes Lesbias in eius exarsisse cupidinem, præ cæteris uero impatientissime atq; ardẽtissime a Sappho adamatum. hęc ille. Cũ uero Phaon in Siciliã forte discessisset, Sappho amoris ignibus incensa, & planè ardens: se ab illo sperni timens, statuit etiam capitis periculo furorem lenire: demisso in mare corpore ex Leucate Epiri promontorio. Sed antequam illuc accedat, per inconstantiam muliebrem tentãs quod desperauerat hac epistola eum aduocare studet: faciens absenti inuidiam suæ conditionis, & calamitatis: quam omnibus incommodis miserabilem ostendit. Denique omnes misericordiæ angulos excurrit, nec aliquid quod moueat, prætermittit. Nulla autem in epistola mitiores ac lasciuiores amoris affectus, quam in ista expressit Ouidius, eo quod supra muliebrem conditionem in amore arserit Sappho: cum non modo uirum perdite amauerit; sed aliarum quoque mulierum tribas fuerit, id est insultando illas fricaret. Vnde ab Horatio mascula Sappho

vocãta

uocata est. Multi tamen putant hanc esse Sappho, quã diuinus Plato sapientem uocat. De ea autẽ sic cecinit Antipater Sidonius:

Dulcia Mnemosyne demirans carmina Sapphus:
Quæsiuit decima Pieris unde foret.

Ausonius.

Lesbia Pierijs Sappho soror addita musis: &c.

Papinius.

Stesicorusq; ferox, saltusq; ingressa uiriles,
Non formi data temeraria Leucate Sappho.

Horatius.

Viuuntque commissi calores,
AEoliæ fidibus puellę.

SAPPHO PHAONI.

ironice interrogat.

NVnqd vbi aspectã ẽ studiosæ littera dextræ,
Protinus est oculis cognita nostra tuis?
An, nisi legisses auctoris nomina Sapphus,
Hoc breue nescires vnde mouetur opus?
Forsitan & quare mea sint alterna requiris
Carmina, cum Lyricis sim magis apta modis.
Flendus amor meus est, Elegia flebile carmen,
Non facit ad lachrymas barbitos vlla meas.
Vror, vt indomitis ignem exercentibus Euris,
Fertilis accensis messibus ardet ager.
Arua Phaon celebrat diuersa Typhoidos Aetnæ,
Me calor Aetnæo non minor igne tenet:
Nec mihi dispositis iungam quæ carmina neruis
Proueniunt, vacuæ carmina mentis opus.
Nec mihi Pierides subeunt, Dryadesue puellæ,
Nec me Lesbiadum cætera turba iuuat.

Elegia alibi duas primas producit.
Barbitos, vlla idest vllũ carmen lyricum
Subactus Typhęus gigas, Titani & Terræ filius à Ioue victus est.

his puellis ad libidinem vel est Sappho.

Vtilis

Vilis Amythone, uilis mihi candida Cydno,
Non oculis grata est Atthis, ut ante, meis.
Atque aliæ centum,* quas hic sine crimine amaui
Improbe, multarum quod fuit, unus habes.
Est in te facies, sunt apti lusibus anni:
O facies, oculis insidiosa meis.
Sume fidē & pharetram, fies manifestus Apollo:
Accedant capiti cornua, Bacchus eris,
Et Phœbus Daphnē, et Gnossida Bacchus amauit:
Nec norat Lyricos illa uel illa modos.
At mihi Pegasides blandissima carmina dictant:
Iam canitur toto nomen in orbe meum.
Nec plus Alcæus consors patriæq; lyreq;
Laudis habet, quamuis grandius ille sonet.
Si mihi difficilis formam natura negauit:
Ingenio formæ damna rependo meis.
Nec me despicias si sum tibi corpore parua,
Mensuramq; breuis nominis ipsa fero.
Candida si non sum, placuit Cepheia Perseo
Andromede patriæ fusca colore suæ.
Et uarijs albæ iunguntur sæpe columbæ,
Et niger a uiridi turtur amatur aue.
Si, nisi quæ facie poterit digna uideri,
Nulla futura tua est, nulla futura tua est.
Ad me cum legeres, etiam formosa uidebar;
Vnam iurabas, usque decere loqui.
Cantabam, memini (meminerunt omnia amantes)
Oscula cantanti tu mihi rapta dabas.
Hæc quoque laudabas, omniq; a parte placebam,
Sed tunc præcipuè, cum sit amoris opus.

* quas non sine crimine

patronymicū à patria.

Alcæus poeta lyricus Mitylenæus.

nam bissyllabū est Sappho.

Andromade Cephei Aethiopum regis filia amata a Perseo

Turtures & psittaci, pauones, & columbæ, merulæ & turdi aues amicæ inter se, vt ait Plinius.

Tunc te plus solito lasciuia nostra iuuabat,
Crebraq; mobilitas, aptaq; verba ioco.
Et quòd, vbi amborum fuerat confusa uoluptas,
Plurimus in laßo corpore languor erat.
Nunc tibi Sicelides ueniunt noua præda puellæ:
Quid mihi cum Lesbo? Sicelis esse uolo.
O uos erronem tellure remittite nostrum
Nisiades matres, Sicelidesq; uurus.
Nec uos decipiant blandæ mendacia linguę:
Quæ dicit uobis, dixerat antè mihi.
Tu quoq; quæ immites celebras Erycina Sicanos,
Nam tua sum, uati consule diua tuæ.
An grauis inceptum peragit fortuna tenorem?
Et manet in cursu semper acerba suo?
Sex mihi natales ierant, cum lecta parientis
Ante diem lacrymas ossa bibere meas.
Arsit inops frater uictus meretricis amore,
Mistaq; cum turpi damna pudore tulit.
Factus inops, agili peragit freta cærula remo;
Quasq; male amisit, nunc male quærit opes.
Me quoque, quòd monui bene multa fideliter, odit:
Hoc mihi libertas, hoc pia lingua dedit.
Et tanquam desinit quæ me sine fine fatigent
Accumulat curas filia parua meas.
Vltima tu nostis accedis causa querelis,
Non agitur uento nostra carina suo.
Ecce iacent collo sparsi sine lege capilli,
Nec premit articulos lucida gemma meos.
Veste tegor uili, nullum est in crinibus aurum:
Non Arabo noster rore capillus olet.

Misia regio mõtana iuxta Aetnam.

Erycina Venus ab Eryce monte Siciliæ, vbi præclarum tẽplum habebat.

fratrem Coraxem intelligit, qui Rhodopen Thraciæ meretricem Aesopi conseruam maxima pecunia redemit.

Clæis filia.

myrrham Arabicã significat, cuius stacte, id est, gutta myrrhæ: ad crines vnguẽdos erat potissima.

Cui colar infelix? aut cui placuisse laborem?
Ille miei cultus unicus auctor abest.
Molle meum leuibus cor est uiolabile telis,
Et semper causa est, cur ego semper amem.
Siue ita nascenti legem dixere sorores,
Et data sunt uitæ fila seuera meæ.
Siue abeunt studia in mores, artesq; magistras,
Ingenium nobis molle Thalia dedit.
Quid mirum, si me primæ lanuginis ætas
Abstulit, atque anni quos uir amare potest?
Hunc ne pro Cephalo raperes Aurora timebam:
Et faceres, sed te prima rapina tenet.
Hunc si conspiciat, quæ conspicit omnia Phœbe,
Iussus erit somnos continuare Phaon,
Hunc Venus in celum curru uexisset eburno,
Sed uidet & Marti posse placere suo.
O nec adhuc iuuenis, nec iam puer, utilis ætas,
O decus, atque æui gloria magna tui.
Huc ades, inq; sinus formose relabere nostros,
Non ut ames oro, sed te ut amare sinas.
Scribimus, & lacrymis oculi rorantur obortis:
Aspice quàm sit in hoc multa litura loco.
Si tam certus eras hinc ire, modestius isses,
Et modo dixisses, Lesbi puella uale.
Non tecum lacrymis, non oscula summa tulisti,
Denique non timui quod dolitura fui.
Nil de te mecum est, nisi tantum iniura: nec te
**Admonui, quod tu pignus amantis habes.*
Non mandata dedi, neque enim mandata dedissem
Vlla, nisi ut nolles immemor esse mei.

hoc est, siue formamus mores studijs, in quibus versamur.

apostrophat ad Auroram.

ebur Veneri sicut argentum Lunæ dedicatum est.

** Admoneat, quod tu munus*

Appositio. *Per tibi qui nunquam longe discedit amorem,*
Perq; nouem iuro numina nostra deas:
Quum mihi nescio quis fugiunt tua gaudia, dixit,
Nec me flere diu, nec potuisse loqui.
Et lacrymæ deerant oculis, & lingua palato,
Adstrictum gelido frigore pectus erat.
Postquam se dolor imminuit, mea pectora planxi,
Nec puduit ruptis exululare comis.
similitudinem dolorē auget. *Non aliter quàm si pati pia mater adempti.*
Portet ad extructos corpus inane rogos.
Gaudet, & è nostro crescit mærore Charaxus,
Frater, & ante oculos itq;, reditq; meos.
Utque pudenda mei uideatur causa doloris,
Quid dolet hæc? certe filia uiuit, ait.
Synecdoche. *Non ueniūt in idē pudor atq; amor: omne uidebat*
Vulgus, eram lacero pectus aperta sinu.
Tu mihi cura Phaon, te somnia nostra reducunt,
Somnia formosa candidiora die.
Illic te inuenio, quanquam regionibus absis,
Sed non longa satis gaudia somnus habet.
Sæpe tuos nostra ceruice onerare lacertos,
Sæpe tuæ uideor supposuisse meos.
Oscula cognosco, quæ tu committere linguæ
Aptaq; consueras accipere, apta dare.
Blandior interdum, uerisq; simillima uerba
Eloquor, & uigilant sensibus ora meis.
Vlterius pudet hic narrare, sed omnia fiunt,
Et iuuat, & sine te non licet esse mihi.
At quum se Titan ostendit, & omnia secum,
Tam citò me somnos destituisse queror.

Antra

Antra nemusq; peto, tāquā nemus antraq; ꝑsint: pathos à loco.
Conscia delicijs illa fuere meis.
Illic mentis inops, ut quam furialis Erichtho
Impulit, in collo crine iacente feror.
Antra uidens oculi scabro pendentia topho, tophus lapis asper qui faciliter in arenam resoluitur.
Quæ mihi Midonij marmoris instar erant:
Inuenio syluam quæ sæpe cubilia nobis
Præbuit, & multa texit opaca coma. à mutatiōe fortunę misericordiam excitat.
Sed non inuenio syluæ dominumque, meumque
Vile solum locus est, dos erat ille loci. alludit ad fabulam Prognes: Daulias oppidum Phocidis cui præfuit, Tereus rex Thraciæ & Prognes maritus.
Cognoui pressas noti mihi cespitis herbas,
De nostro curuum pondere gramen erat.
Incubui, tetigiq; locum qua parte fuisti,
Gnata prius lacrymas combibit herba meas.
Quin etiam rami positis lugere uidentur
Frondibus, & mille dulce queruntur aues. Hic Daulias ales.i.Progne.
Sola uirum non ulta piè mæstissima mater,
Concinit Ismarium Daulias ales Ityn. Lotos Neptuni filia Priapum fugiens in arborem sui nominis versa est, cuius fructus aduenis īcurrit patriæ obliuionem Ambracia vrbs in Epiro, Pyrrhi regia, ab Ambrace rege, hanc Augustus Nicopolin, illic nauali prœlio deuicto nominauit.
Ales Ityn, Sappho miseros decantat amores,
Hactenus, ut media cætera nocte silent.
Est nitidus, uitreoq; magis perlucidus annis,
Fons sacer: hunc multi numen habere putant,
Quem supra ramos extendit aquatica Lotos,
Vna nemus tenero cæspite terra uiret.
Hic ego quam lassos posuissem flebilis artus,
Formosus puer est uisus adesse mihi.
Constitit, & dixit, quid nunc non ignibus æquis
Vreris? Ambracia est terra petenda tibi.
Phœbus ab excelso, quantum patet, aspicit æquor;
Actæum populi, Leucadiumque uocant.

* Aliàs, nec mora: uersus amor fugit, lentissima mersi.

Hinc se Deucalion, Pyrrhæ succensus amore
Misit, & illæso corpore pressit aquas.
*Nec mora, iussus amans tetigit lętissima Pyrrhæ
Pectora, Deucalion igne leuatus erat.
Hanc legem locus ille tenet, peto protinus altam
Leucada; nec saxo desiluisse time.
Vt monuit, cum voce abijt: ego territa surgo;
Nec grauidæ lacrimas continuere genæ.
Ibimus ò nympha, monstrataque saxa petemus,
Sit procul insano victus amore timor.
Quicquid erit melior, quàm nunc erit; aura subito,
Et mea non magnum corpora pondus habent.
ad cupidinem — Tu quoque mollis Amor pennas suppone cadenti;
Ne sim Leucadiæ mortua crimen aquæ.
Inde chelyn Phœbo communia munera ponam,
Et sub ea versus vnus, & alter erit.
Grata lyram posuit tibi Phębe poetria Sappho;
Conuenit illa mihi, conuenit illa tibi.
hæc appellatio ne miseratione mouet. — Cur non Actiacas miseram me mittis ad oras?
Cum profugum possis ipse referre pedem?
Tu mihi Leucadia potes esse salubrior vnda,
Et formæ meritis tu mihi Phębus eris.
An potes ò scopuli, vndaque ferocior illa,
Si moriar, titulum mortis habere meæ?
Ah quanto melius iungi mea pectora tecum,
Quàm poterant saxis præcipitanda dari.
Hæc sunt illa Phaon, quæ tu laudare solebas,
Visaque sunt toties ingeniosa tibi.
Nunc vellem fęcunda forem, dolor artibus obstat,
Ingeniumque meis substitit omne malis.

Non

Non mihi respondent ueteres in carmina vires,
Plectro dolore iacent, muta dolore lyra est.
Lesbides æquoreæ nupturæ, nuptaq; proles,
Lesbides Aeolia nomina dicta lyra;
Lesbides infamem quæ me fecistis amare,
Desinite ad citharas turba uenire meas.
Abstulit omne Phaon, quod uobis ante placebat,
Me miseram dixi; quàm modò penè meus.
Efficite ut rodeat, uates quoque uestra redibit:
Ingenio uires ille dat, ille rapit.
Ecquid ego precibus? pectusque agreste mouetur?
An riget? & Zephyri uerba caduca ferunt?
Qui mea uerba ferunt, uellem tua uela referrent:
Hoc te si sapere, s lente decebat opus.
Siue redis, puppiq; tuæ uotiua paramus
Munera, quid laceras pectora nostra mora?
Solue ratē, Venus orta mari mare præstat eunti
Aura dabit cursum, tu modò solue ratem.
Ipse gubernabit residens in puppe Cupido,
Ipse dabit tenera uela, legetq; manu,
Siue iuuat longe fugisse Pelasgida Sappho,
(Non tamen inuenies, cur ego digna fuga)
O saltem miseræ crudelis epistola dicat,
Vt mihi Leucadiæ fata petantur aquæ.

appellat discipulas, quas olim erudiebat. Aeolia, id est, Lesbia: nā Lesbos insula Aeolica est: immo Aeolicarū ferme vrbium metropolis, vt ait Strabo. cōcubinas suas auocabat.

Hero, Quod timeas no est auso Venus ipsa fauebit, Sternet & æquoreas æquore nata vias. Pelasgida, idest Lesbiam.

FINIS.

AVLI SABINI POETAE,

EPISTOLAE TRES

AD OVIDIANAS EPISTOLAS RESPONSORIAE.

IN I. EPIST. ARGVMENTVM.

Aulus Sabinus imperāte Octauio, atque Ouidij tēporibus claruit, ad Trisenam amicam elegiarum librū dedit. Fastorum inchoatos reliquit. Scripsit etiam epistolas, quibus Vlysses Penelope: Hippolytus Phædræ: AEneas Didoni: Demophoon Phyllidi: Iason Hipsipyle: Phaon Saphoni respondent. Quæ omnes præter has tres, quas nunc præ manibus habemus: sæculorū ignauia perierunt. Vlysses lecta Penelopes epistola respondet occurrens ad omnia quæ illa oblectauerat. Narrat insuper varios labores quos oēs mira fortitudine tolerauerat. Demum a Tiresia uate & Pallade de futuris certificatus: Ithacam patriam sub mēdici habitu se breui uenturam prædicat. Quod cum fecisset, in propria domo incognitus a procis amatoribus Penelopes ignominiosa quædam perpessus est. Verum a Telemacho filio & duobus subulcis adiutus graui pugna eos omnes interemit. Tandem a Telegono filio: quem ex Circe genuerat: immisso in eum letifero telo occisus est.

RESCRIPTIO.

PErtulit ad miserum tandem tua casus Vlyssem
Penelope chartis uerba notata pijs.
Agnoui charamq; manum, gemmasq; fideles:
Solamen longis illa fuere malis.
Arguis ut lentum: mallem quoque forsitan esse,
Quàm tibi quæq; tuli dicere, quæq; feram.
Non hoc obiecit mihi Græcia, cum mea fictus
Detinuit patrio littore uela furor:
Sed thalamis nec uelle tuis, nec posse carere,
Causaque fingendæ tu mihi mentis eras.
Nil tibi rescribam, curas, properemque, uenire,
Dum propero aduersi uela tulere Noti.
Non me Troia tenet Graijs odiosa puellis
Iam cinis, & tantum flebile Troia solum.
Deiphobusq; iacet, iacet Asius, & iacet Hector,
Et quicunque cui causa timoris erant.
Euasi & Thracum cæso duce prælia Rhæso,
In mea captiuis castra reuectus equis.
Tutus & è media Phrygiæ Tritonidos arce,
Fatalis palmæ pignora capta tuli.
Nec timui commissus equo: male sedula quamuis
Clamabat uates: urite Troës equum,
Vrite, mendaci celantur robore Achiui.
Et Phrygias miseros ultima bella ferunt.
Perdiderat tumuli supremum munus Achilles,
Sed Thetidi est humeris redditus ille meis.

Vlysses Achillis arma sua facundia aduersus Aiacē Telamoniū obtinet.

Nec laudem Danai tanto renuere labori:
Erepti precium corporis arma tuli.
Quid refert? pelago sunt obrũta: non mihi classes,
Non socij superant, omnia pontus habet.
Solus adhuc mecum, qui me tot casibus unus
Durauit, patiens ad mala perstat amor.
Illum non auidis canibus Nereia virgo.
Fregit, non tumidis torta Charybdis aquis.
Nõ ferus Antiphates, nec in vno corpore discors
Parthenope blandis insidiosa modis.
Non quod Colchiacas artes tentauerat herbis,
Non quod solennes altera diua toros.
Vtraque se nobis mortalia demere fila
Spondebat, Stygias utraque posse vias.
Te tamen hac etiam spreta mercede petiui,
Passurus terra tot mala totq; mari.
Sed femineo nunc forsan nomine tacta,
Non secura leges cætera verba mea.
Quæque mihi Circe, quæ sit mihi causa Calypso,
Iamdudum ignoto sollicitare metu.
Certè ego cũ Antinoũ, Polybum, Medontaq; legi,
Heu toto sanguinis corpore nullus erat,
Tot iuuenes inter tot vina liquentia semper,
Hei mihi quid credam? pignora casta manes.
Cur'ue placent vlli, si sunt in flectibus ora?
Deperit & lacrymis non decor iste tibi.
Pacta quoq; ex thalamo, nisi mẽdax tela moretur
Et cœptum reuocas pallida semper opus.
Ars pia, sed quoties oculos frustrabere lana,
Successum toties ars dabit ista tibi.

Antiphates Lestrygonum rex vnum ex focijs Vlyssis comedit ac naues virosque mersit, præter quã Vlysse vehebat. Parthenope vna Sirenum. Peractis sacris Circes monstratis Vlys. ad inferos habuit aditum ab eadẽ etiam immortalitatem tenuit. Circe Solis & Persę filia Vlyssis annũ detinuit, & ex eo Telegonum filium peperit. Calypso Vlys. septẽ annis in insula Ogygia morata est. De Penelopes pudicitia diffidit. Penelope procos hac cõditione delusit vt tunc se nupturã promitteret, vbi telam absoluisset. verũm quod interdiu texuisset, id noctu retexebat.

Ah melius Polypheme tuo superatus in antro,
Finissem ingratos ad mala tanta dies.
Thraicio melius cecidissem milite victus,
Ismaron errantes cum tenuere rates.
Crudelem'ue illo satiaßem tempore Ditem,
Quo redij Stigijs fata moratus aquis.
Vidi ubi nequicquam, quod me tua littera celat,
Sospes digreßo quæ mihi mater erat.
Retulit illa domus eadem mala, meq; querentem,
Fugit ab amplexu ter resoluta meo.
Phylacidem vidi: contemptis sortibus, ille
Primus in Hectoreas intulit arma domus.
Felix laudata cum coniuge, læta per umbras
Illa suum fortè sit comitata virum.
Nec dum illi Lachesis dictos numerauerat annos,
Sed iuuat ante suum sic cecidisse diem.
Vidi, nec lacrymas oculi tenuere cadentes,
Deformem Atriden, (hei mihi) cæde noua.
Illum Troia virum non læserat, ille furentem
Nauplion, Euboicos transieratq; sinus.
Quid refert? animam per vulnera mille profudit
Iam reduci soluens debita uota Ioui.
Tyndaris has illi lætas pro fœdere pœnas
Struxerat, externos ipsa secuta viros.
Ah mihi quid prodest, captiuas Teucridas inter
Cum staret coniux Hectoris atque soror.
Defectis Hecubam potui legisse sub annis,
Ne tibi suspectas pellicis esset amor.
Prima meis omen metuendum puppibus illa
Fecit, non membris ipsa reperta suis.

quid apud infertos videris.

Protesilaum intelligit à Phylace vrbe Thessaliæ, cui præfuit. Laodameia Laudotheæ filia se ob maritum Protesilaum occidit.

Agamemnonē significat. Caphareū montem Eubœæ intelligit, apud quem plurimi Græcorū a Troia redeūtium, fraude Nauplij pientis vlcisci mortem Palamedis filii periclitati sunt.

Latratu

Latratu miseras finiuit mœsta querelas,
Et stetit in rapidam protinus acta canem.
Prodigio tali placidum Thetis abstulit æquor,
Aeolus infusis incubuitq; Notis.
Peruagus hinc toto non felix differor orbe,
Et quacunque uocat fluctus & aura, feror.
Sed si Tiresias tam læti prouidus augur,
Quam ueras uates in mala nostra fuit.
Et terra, & pelago, quicquid mihi triste canebat,
Emensas, fato iam meliore uagor.
Iam mihi nescio quo comitem se in littore iungit
Pallas, hospitibus per loca tuta trahit.
Nunc primum Pallas uersæ post funera Troiæ
Visa mihi medium temporis ira tulit:
Quicquid & Oenoides commiserat, omnibus unus
Peccaui, Danais omnibus ira nocens.
Nec te Tetidæ, cuius modò nouerat arma,
Eximit, errata tu quoque ab orbe uenis.
Non Telamone satum capta de coniuge Teucrum,
Non ipsum pro quo mille fuere rates.
Felix Plistenides quacunque in sorte fuisti,
Coniuge cum chara, non grauis illa fuit.
Seu uenti fecere moras, siue æquora uobis,
Ad nulla est uester damna retentus amor.
Oscula nec uenti certè tenuere, nec undæ,
Promptaq; in amplexus brachia semper erant.
Sic utinam errarem, faceres tu mollia coniux
Aequora, te socia nil mihi triste foret.
Nunc quoq; Telemacho tecum mihi sospite tecto
Omnia sunt animo iam leuiora mala.

Tiresias vates Thebanus apud Horatium ita Vlyssem alloquitur: O Laertiade quicquid dicã aut erit aut nõ: Diuinare etenim magnus mihi donat Apollo Pallas Vlyssis ductrix.

Quem

Quem tamen infestas rursus queror ire per undas
Herculeam Spartem, Nestoreamq; Pylon.
Ingrata est pietas cui tanta pericula subsunt,
Nam male commissus fluctibus ipse fuit.
Sed labor in fine est, occursum in littore uates
Dixit, in amplexus chare ferere tuos.
Noscendus soli ueniam tibi, tu preme solers
Lætitiam, & tacito gaudia conde sinu.
Non iui certandum, nec aperta in bella ruendum,
Sic cecinit Laurus ille manere suas.
Forsitan ante dapes, interq; uacantia uina
Vltoris pharetris utile tempus erit.
Et modò despectum subito mirentur Vlyßem,
Heu precor, ut properet ille uenire dies.
Antiqui renouet qui lætus fœdera lecti,
En tandem incipias coniuge chara frui.

Sui aduentus modum prædicat.

Laurus pro Apolline.

IN II. EPIST. ARGVM.

Hac epistola Demophoon suam perfidiam purgare nititur, & reditum, quem longe ultra promissum retardauerat, excusare, uarias causas afferendo. Interdum enim dicit se a suis arceri, & ob moram, quam in Thracia cum Phyllide fecerat, redargui. Nonnunquam a nauigandi importunitate se defendit. Se autem breui, etiã contra omnem maris tẽpestatem ad Phyllida nauigaturum promittit. Quod quidẽ adimpleuit: sed tamẽ Phyllis amoris impatientia laqueo uitam finierat: & deorũ miseratione in amygdalum sine folijs conuersa: quæ Demophoontis amplexu, ueluti sponsi sentire aduentum, folia emisit. Quod ideò fingitur, quia amygdalus Græcè Phylla uocatur, in qua morientis Phyllidis nomẽ remisit. Quæ flãte Zephyro, q̃ occidẽtalis ẽ uentus,

&in

& in Thracas uadens, per Atticam regionem transitũ facit, floret: cum Zephyrus dicatur quasi ζωηφόρος, i. uitam ferens: quoniam habet plantis & graminibus fauere, ut germinent & pullulent, & huic fabulæ datus est locus, Phyllida scilicet lætari & florere redente ab Athenis amasio.

DEMOPHOON PHYLLIDI.

Phyllidi Demophoon patria dimittit ab urbe,
Et patriam meminit muneris esse tui.
Nec face Demophoon alia, nec coniuge captus,
Sed tam non felix, quàm tibi notus erat.
Mnestheus. *Thesea, quo socero nequicquam Phylli timebas,*
Impuleritq; ignes forsitan ille tuos.
Turpe pati nobis, regno ferus expulit hospes,
Hunc illi finem longa senecta dedit.
Qui modo peltiferas fudit Mæotidas armis,
Alcidæ magni non miror esse comes.
Qui socerum Minoa graui sibi fecit ab hoste,
Mirantem monstri cornua uicta sui.
Arguor exilij, quem credis, causa fuisse,
Nec tacitum frater, nec sinit esse reum.
Dum thalamo (inquit) dilectæ Phyllidos urges,
Et tuus externo cessat in igne furor?
Fluxere interea pede tempora lapsa fugaci,
Preuenitq; tuas flebilis hora moras.
Forsitan & nondum factis occurrere rebus,
At poteras factis utilis esse tamen:
Cum potiora mihi Rodopheia regna fuere,
Quæq; magis regnis chara puella fuit.

Mæonis palus Scythica, quã Amazones; Apeltis, breuissimis cutis in mediũ Luneiam medię, quibus vsæ sũt Amazones peltiferæ dictæ sunt.

Intonat his Athamas, eadem mox obijcit Aethra
Infelix functæ iam propè sortis anus.
Et quòd non condant nati sua lumina palmæ,
Fecisse hic nostris arguit vsque moras.
Non equidem inficior, multum clamauit uterq;,
Staret Threicijs quàm mihi puppis aquis.
Poscunt, Demophoon, quid cessas? carbasa uenti,
Demophoon, patrios respice iure Deos.
Respice: & exemplum, qua gaudes, Phyllida sume
Sic amat, ut terra nolit abire sua.
Vtq; redire velis, non ut comitetur euntem,
Te rogat, & præfert barbara regna tuis.
Me tamen hic inter tacitum conuicia sæpe
Aduersis memini uota tulisse notis.
Sæpe abitura tuo ponentem brachia collo,
Gauisum in fluctus æquora mota truces,
Nec metuam hoc ipso coram genitore fateri,
Libertas meritis est mihi facta tuis.
Dices, Non duro dilectum Phyllida liqui
Pectore, nec præceps uela ferenda dedi.
Et fleui, & flentem solando sæpe remansi,
Dum staret cursus iam mihi certa dies.
Denique Threicia ueni rate: non dare Phyllis
Quam potuit, iussit tardius ire ratem.
Ignosce & fasso, memores Minoidos, ipse
Antiquus nec dum pectore cessit amor.
Et quoties oculis circundat sydera, dixit:
Quæ fulget celo, nostra puella fuit.
Illum dilecta Bacchus sibi cedere iussit
Coniuge, desertæ crimen at ille subit.

Ariadne. excusat Theseum, quod Ariadnem relinquerit.

Exem-

Exemplum patris periurus dicor & ipse,
Ne quæris causa Sithoni dura moræ.
Nec satis ampla putas redituri pignora, si me
Non amor alterius, non amor ullus habet.
Nulla ne fama tibi turbatos Phylli penates
Theseos, & miseræ retulit acta domus?
Non laqueos audis chari me flere parentis?
Flebilior laqueis hei mihi causa subest,
Non fratrem Hippolitum cecidit miserabilis ille
Præceps attonitis per freta raptus equis.
Non tamen excusso reditus: licet undique fata
Accumulent causas, tempora parua peto.
Thesea (quod superest) patrem tumulabimus ante:
Succedat tumulo non sine honore decens:
Da spatium, ueniamq; peto; non perfidus absum,
Nec mihi iam terra tutior ulla tua est.
Quicquid mite fuit post diruta Pergama; quicquid
Aut bella, aut pelagi detinuere moræ.
Sola fuit Thrace, patria quoque iactor in illa,
Auxilium superest casibus una meis.
Si modò mens eadem, nec quod sit iam mihi diues
Regia Cecropia non miror arce mouet.
Phædra se ipsã interemit. *Nec patris offendunt casus, nec crimina matris,*
Nec iam non felix omine Demophoon.
Quid si Phœbeam peterem te coniuge Troiam?
Penelope castitatis exemplũ, quod Horatio non placet. *Perq; annos sequerer bella gerenda decem?*
Penelopen audis, toto laudamur in orbe,
Exemplum fidei non leue facta tori.
Illa piæ (sic rumor ait) mendacia telæ
Struxit, & instantes distulit arte toros:

Cum

Cum properata palam reuocare stamina noctis,
Atque iterum in lanas omne rediret opus.
At tua ne fugiant spreti conubia Thrace,
Phylli times: ulli nubere dura potes?
Est que tibi pectus cuius quam accedere tedas?
Obstat perfidiæ nec metus iste tuæ?
O tibi quantus erit facti rubor, ah tibi quantus
Tum dolor, aspicies cum mea uela procul?
Damnabisque tuos serò temeraria questus,
Demophoon, dices, hei mihi, fidus erat.
Demophoon, rediit, & sæuos forsitan Euros
Passus, & hybernas dum quoque currit aquas.
Ah cur nescio quā properauimus, hei mihi culpā,
Rupi, quam ruptam sum mihi quæsta fidem,
Sic tamen ah potius sic perstes, quàm mihi de te
Vlterior tangat pectore Phylli dolor.
Quos tibi (me miserum) laqueos, quæ fata minaris?
Et nimis audaces gens habet ista Deos?
Parce precor, flāmasq; domus mihi crimē habētis
Perfidiæ, gemina ne preme dura nota.
Excuset patrem fatis in parte relicta,
Gnossis non merui, cur ferat ipse nocens.
Nunc venti mea verba ferant, qui vela tulerunt,
Est animus reditus; sed pia causa tenet.

Penelopes telā retexere pro adagio refert Plato pro eo quod est inanem operam sumere.

Ariadne.

IN III. EPIST, ARGVM.

Epistola hæc responsiua Paridis non multum in rebus difficultatis habet, eo quod argumentum ex Oenones epistola depēdet: Paris autē quia cōiugij iura violauerat, dum uxore dimissa Helenā duxerat. in principio

ſtatim iniuriam Oenone ſe feciſſe fatetur. Deinde cum ſui excuſatione crimen reijcit in cupidinem : cui non facile reſiſtitur : ſed qui ſine ulla ratione in ea quæ cupit amantes trahit: & in fatorum ſeriem, quæ ſibi Helenam, antequam illam nouiſſet deſtinauerant. Ferunt autem Oenonem tanto Paridis amore flagraſſe ut cum a Philoctete ſagittis Herculeis confoſſus ad eam ferretur, ipſa cadauer complexa fauens uulnera expirauerit & in Cebria Troadis urbe ſepultos fuiſſe.

PARIS OENONE.

Quæ ſatis apta tibi tã iuſtè, nympha quærẽti
Reſcribam, fateor quærere uerba manum
Quærit, nec ſubeunt: ſentit ſua crimina tantum:
Soluere quæ ſentit, non ſinit alter amor.
Si leuat hic iras, ipſo me iudice damnor,
Quid refert? cauſa tu meliore cares.
Damnatumq; tibi me ſub ſua iura Cupido
Retrahit alterius, ſic quoque præda ſumus.
Prima meis tu pacta tori, faſſusq; iuuentam
Te primum accepta eſt coniuge noſter amor.
ad obiectu reſpondet. *Nondum tantus eram, qno me genitore ſuperbum*
Arguis, hoc dominus tunc retinendus eram.
Non ego Deiphobum ſperabã, aut Hectora fratrẽ
Cum paſtos agerem te comitante greges,
Reginamq; Hecuben niſi matris nomine noram,
Et fueras illi digna manere nurus.
Sed non eſt rationis amor, te conſule nympha,
Læſa es, & læſam ſcribis amore tamen.
Cumque petant Satyri connubia, cum tua Panes,
Deiectæ memor es tu tamen uſque facis.

Adde quod hic satis amor est adiutus, & illum
Præscia uenturi uiderat ante soror. Cassandra.
Nondum Tyndaridos nomen mihi sederat aure,
Nec cecinit Graios illa uocare viros.
Omnia vera vides: superant mea vulnera, tantum
Vtque tuam supplex poscere cogar opem.
Te penes arbitrium nostræ vitæque, necisque
Victori iam nunc pectora sume tibi.
Fleuisti, memini tamen hac in voce canentis,
Et mala, dixisti, sint precor ista procul.
Nec sic fata ferant, tulerint sic cætera quamuis; Oenones uerba
Vt possim Oenone perdere læsa Parim.
Tot superare metus qui me nec credere cogit,
Ignoscas, idem te quoque fallit amor. Cupidinis potétiam exprimit.
Imperat ille Deus: cum vult in cornua tauri,
Cum vult in pennas destruit ille Iouem.
Non foret in terris tanto miranda decore
Tyndaris (hei flammis nata puella meis)
Si sua non cygno mutasset Iupiter ora:
Fluxerat in Danaes aureus ante sinus, Danaes Acrisij filia a Ioue sub specie imbris aurei grauida Perseum peperit.
Piniferamque Idem falsus lustrauerat ales;
Inter Agenoreas constiteratque boues.
Victorem Alciden dominæ quis pensa tenere
Crederet? at lanas nere coegit amor.
Dicitur, & Coæ sedisse in ueste puellæ,
Illa Cleonæo tecta leone fuit. Cicone mediocri oppidum distans ab Argo stadijs cxx. a Corintho cx. hinc Cleoneus deo, qui & Nemeus dicitur.
Te memini Phœbum Penone (mea crimina dico)
Fugisse, & nostros præposuisse toros.
Non ego præstabam Phœbo, sed tela Cupido
His in te voluit legibus ire sua.

Consolere tamen digna tua pellice damna:
Quam tibi prætulimus nata puella Ioue est.
Sed quod nata Ioue est minimum me tangit: in illa
Quòd non est facies pulchrior ulla, nocet
Atque vtinam formæ iudex incallidus essem,
Creditis Idæis Pegasi nympha iugis,
Non mihi Iunonis, nec obesset Pallados ira,
Laudato est oculis quod Cytherea meis.
Diuidet hæc alijs flammas, celeresque paresque
Ut libitum est, nati temperat ipsa faces.
Non tamen eualuit vitare domestica tela,
Quos alijs arcus, & sibi dura tulit.

Venus in adulterio deprehensa cum Marte.

Deprensam coniux illam in Mauorte dolebat,
Testibus hic diuis cum Ioue questus erat.
Iam dolet, & Mauros, terras vltroq; relinquit,
Prętulit Anchisen hinc habitura suum.
Anchisen propter voluit formosa uideri,
Visaque post latam iacuit vltra Deam.
Quid mirum est potuisse pari succurrere amori,
Iummunis sub quo non fuit ipse Paris?
Quam lęsus Menelaus amat, non læsus amaui,
Adijce non læso quòd comes ipse fuit.
Et magnos video cogi mihi rapta tumultus,
Armataque petunt Pergama mille rates.
Non uereor, belli ne non sit causa probanda,
Est illi facies digna mouere duces.
Si mihi nulla fides, armatos respice Atridas,
Quam sibi sic repetunt, sic metuenda mihi est.
Quòd si vertendę spem mentis concipis huius,
Cur cessant herbæ? carmina cur'ue tua?

ex Hecate Oceani filia Phoebus genuit Oetam, & Circem ut placet Hesiodo. Homerus vult ex Persa Oceani filia, Xãthus seu Yphites pater Oenones.

Cum

Cum te nec Phœbi solertior artibus vlla est,
Phœbeæq; Hecates somnia vera vides.
Tecum syderibus, tecum deducere Lunam,
Nubibus & memini surripuisse diem.
Pascebam tauros, interque armenta leones
Obstupui placidos vocibus ire tuis.
Quid retrò Xanthum? retro Simoenta vocatum,
Adijciam cursus non tenuisse suos?
Ipse pater, ceu rem natæ malè tutus haberet,
Cantatas quoties restitit inter aquas?
Nunc locus Oenone est, nunc illas tende: parauit.
Siue tuos ignes pellere, siue meos.

RESPONSIONVM AVLI SABINI FINIS.

P. OVIDII NASONIS IN QVENDAM, QVEM VOCAT IBIN LIBER.

ARGVMENTVM.

Annum agens Naſo quinquageſimum, ab Auguſto Imperatore in Pontum relegatus eſt. Cuius quidē exilij cauſa non facile deprehendi poteſt, cū & ipſe multis in locis quodā carminis inuolucro diuerſam interpretibus coniecturam afferat. Satis tamen conſtat duas fuiſſe cauſas, quarum alteram ubique fatetur, alteram uero, ne Auguſtum offenſiorem reddat, ſemper ſubticet. Sic enim ait in ſecundum de Triſtibus. Perdiderint cum me duo crimina, crimen & error, Alterius facti cauſa ſilenda mihi. Perſæpe itaque libros de Arte amādi compoſuiſſe dolet: quòd propterea Auguſto odio eſſe cœperit, & aliquid uidiſſe per errorem, ut ob id in Scythiam perpulſus fuerit. Sic enim ſcribit in ij. de Ponto: Ne'ue roges quæ ſit ſtultam quā ſcripſimus artem, Innocuas nobis hæc uetat eſſe manus. Et quid pręterea peccaui quærere noli, ut pateat ſola culpa ſub arte mea. Et Paulo poſt: Naſo parū prudens artem dum ſcribit amādi, Doctrinę precium triſte magiſter habet. Hoc idē ait iij. ad Amorem, & in iiij. ad Carū Item j. de Triſtib. Cur aliquid uidi? cur noxia lumina feci? Cur īprudēti cognita cā mihi eſt? Inſcius Actæō uidit ſine ueſte Dianā, Pręda ſuis canibus nō minus ille fuit. Verū ſi qs hæc curioſius ſcire affectat, eius & de Triſtib. & de

Ponto libros legat. Dum autem exularet, inter reliqua sua opera, inuectiuam in quendam edidit, quem proprio nomine suppresso, Ibin appellat. Sicut Callimachus, qui etiam sub hoc nomine Appolonium Rhodium eius discipulum diris imprecationibus deuouit. De Ibide autem ita scribit Pli.li.viij.cap.xxxij. Simile quiddam & uolucris in eadem Aegypto monstrauit, quę uocatur Ibis, rostri aduncitate per eam partem se proluens, qua reddi ciborum onera maxime salubre est. Herodotus uero duplicem esse dicit, alteram nigram, alteram ciconiæ non absimilem, sed tamẽ diuersam, De hac etiam Cic.li.2.de natura deorũ sic ait. Velut libes maximam uim serpentum conficiunt, cũ sint aues excelsæ, rigidis cruribus, corneo proceroq; rostro auertunt pestem ab Aegypto, cũ uolucres angues ex uastitate Lybiæ uento Africo inuectas interficiunt, atque consumunt: ex quo fit ut illæ uiuæ nec morsu noceant, nec odore mortuæ. Hæc ille. Cum itaque tãta sit huius auis spurcitas ut proprio ore uentrẽ purget, Callimachus aduersarium tanquam fœdissimũ, ut hominẽ nullius decoris & commendationis significet hoc nomine uocitauit: ad cuius imitationem Ouidius inimicũ quoque suũ Ibin nominauit. Causam autẽ huiusce maledicentiæ hãc fuisse ipsemet aperit, solicitabat poetæ uxorem, & linguæ uenena Augusti auribus susurrabat, ut diutius illum in exilium remoraretur.

TEmpus ad hoc, lustris mihi iã bis qnq; peractis
Omne fuit musæ carmen inerme meæ:
Nullaq; quæ possit scriptis tot millibus extat
Littera Nasonis sanguinolenta legi.
Nec quenquam nostri, nisi me, læsere libelli,
Artificis perijt cum caput artẽ sua.
Vnus (& hoc ipsum est iniuria magna) perennem
Candoris titulum non sinit esse mei.

* utrunque. *Quisquis is est, (nā nomen adhuc* vtcunq; tacebo)*
Cogit inaßuetas sumere tela manus.
Metaphora ab hostibus. *Ille relegatum gelidos Aquilonis ad ortus*
Non sinit exilio delituisse meo.
Vulneraq; immitis requiem quærentia vexat,
Iactat & in toto verba canina foro.
Perpetuoque mihi sociatam fœdere lecti
Non patitur miseri funera flere uiri.
tabulas, id est, extremas diuitias: translatio a domesti incendio *Cumq; ego quaßa meæ complectar mēbra carinę,*
Naufragij tabulas pugnat habere mei.
Et qui debuerat subitas extinguere flammas,
Hic prædam medio raptor ab igne petit:
Nititur vt profugæ desint alimenta senectæ:
Heu quantò est nostris dignior ille malis.
Dij melius, quorum longè mihi maximus ille est,
Qui nostras inopes noluit esse vias.
Huic igitur meritas grates vtcunque licebit,
Pro tam mansueto pectore semper agam:
Audiet hæc Pontus, faciet quoque forsitan idem
propior. *Terra sit * vt potior testificanda mihi.*
At tibi, calcasti qui me violente iacentem,
Quàm licet, & misero debitus hostis ero.
Desinet esse prius contrarius ignibus humor,
Iunctaque cum Luna lumina Solis erunt;
Pars eadem; cœli Zaphyrus emittet, & Euros,
Et tepidus gelido flabit ab axe Notus:
Et noua fraterno veniet concordia fumo.
Aetheoclem, & Polynicem Oedipi regis Thebarum filios intelligit. *Quam vetus accensa separat ira pyra.*
Et Ver Autumno, Brumæ miscebitur Aestas,
Atque eadem regio vesper, & ortus erit:

Quam

Quã mihi sit tecũ positis, quæ sumpsimus, armis
Gratia, commissis improbe rupta tuis:
Quàm dolor hic vnquam spatio euanescere possit,
Leniat aut odium tempus, & hora meum.
Pax erit hæc nobis (donec mihi vita manebit)
Cum pecore infirmo quæ solet esse lupis.
Prima quidem cœpto committam prælia versu,
Non soleant quamuis hoc pede bella geri.
Vtque petit primo plenum flauentis arenæ,
Nondum calfacti velitis hasta solum:
Sic ego ter ferro nondum iaculabor acuto,
Protinus inuisum nec petet hasta caput.
Sit neque nomen in hoc, nec dicam facta libello.
Teq; breui, qui sis, dissimulare sinam.
Postmodo si perges in te mihi liber Iambus.
Tincta Lycambęo sanguine tela dabit.
Nunc quo Battiades inimicum deuouet Ibin,
Hoc ego deuoueo teque tuosque modo.
Vtq; ille, historijs inuoluam armina cæcis,
Non soleam quamuis hoc genus ipse sequi.
Illius ambages imitatus in Ibida, dicar
Oblitus moris, iudicijque mei.
Et quoniam, quis sis, non dum quærentibus ero,
IBIDIS *interea tu quoque nomen habe.*
Vtque mei versus aliquantum noctis habebunt,
Sic vitæ feries tota sit atra tuæ.
Hæc tibi natali facito, Ianiq; Kalendis
Non mentituro quilibet ore legat.
Dij maris & terræ, quique bis meliora tenetis
Inter diuersos cum Ioue regna polos,

Archilo chus Lycamben ob filiam Neobolē sibi denegatam ad laqueum cō pulit.

Battiades Callimachus: a Batto genus trahens.

deorum inuocatione imprecationes cōfirmat

Huc

Huc precor huc vestras omnes aduertite mentes;
Et sinite optatis pondus ineſſe meis.
Ipſaq; tu tellus & ipſum cum fluctibus æquor,
Ipſe meas æther accipe ſumme preces.
Syderaq; & radijs circundata ſolis imago,
tres parcæ Herebi & Noctis filiæ. *Lunaq;, quæ nunquam, quo prius orbe micas*
Noxq; tenebrarum ſpecie reuerenda tuarum,
Quæ ratem triplici pollice nectis opus.
Styx. *Quiq; per infernas horrendo murmure valles*
Imperiurata laberis amnis aquæ.
furias intelligit Acherontis & Noctis filias. *Quasq; ferunt torto vittatis angue capillis*
Carceris obſcuras ante ſedere fores.
Vos quoq; plebs superũ Fauni, Statyriq;, Laresq;
Fluminaq;, & Nymphæ, ſemideumq; genus,
Denique ab antiquo diui veteresq;, nouiq;
Indigetes. *In nostrum cuncti tempus adeste chao*
Carmina dum capti male fido dira canuntur,
Et peragunt partes ira, dolorq; ſuas,
Annuite optatis omnes ex ordine noſtris,
Theſeum ſignificat, qui à Neptuno ponit, vt Hippolytum interimeret. *Et pars ſit uoti nulla caduca mei.*
Quæque precor fiant, vt non mea dicta, ſed ille
Paſiphaes generi verba fuiſſe putet.
Quasque ego tranſiero pœnas, patiatur & illas,
Plenius ingenio ſit miſer ille meo.
Ne'ue minus noceant fictum execrantia nomen
Vota, minus magnus commoueantve Deos.
Illum ego deuoueo, quem mens intelligit, Ibin;
Qui ſe ſcit factis hæc meruiſſe ſuis.
Nulla mora eſt in me, peragã rata vota ſacerdos,
Quiſquis ades, ſacris ore fauete meis.

Quiſ-

Quisquis ades, sacris lugubria dicite verba,
Et fletu malis, pedibus occurrite læuis,
Omnibusq; malis, pedibus occurrite læuis,
Et nigræ vestes corpora vestra tegant.
Tu quoque qui dubitas ferales sumere vittas?
Iam stat (vt ipse vides) funeris ara tui.
Pompa parata tibi est, votis mora tristibus absit,
Da iugulum cultris hostia dira meis.
Terra tibi fruges, amnis tibi deneget vndas,
Deneget afflatus ventus, & aura suos.
Nec tibi Sol clarus, nec sit tibi lucida Phœbe,
Destituant oculos sydera clara tuos.
Nec se vulcanus, nec se tibi præbeat aer, Vulcanus pro igne, cui præest.
Nec tibi det tellus, nec tibi pontus iter.
Exul inops erres, alienaque limina lustres,
Exiguumque petas ore tremente cibum.
Nec corpus querulo, nec mens vacet ægra dolore,
Noxq; die grauior sit tibi, nocte dies.
Sisq; mihi semper, nec sis miserabilis vlli,
Gaudeat aduersis fœmina, virque tuis.
Accedat lacrymis odium, dignusq; puteris,
Qui mala cùm tuleris plurima, plura feras.
Sitque (quod est rarum) solito defecta fauore
Fortunæ facies inuidiosa tuæ.
Causaq; non desit, desit tibi copia mortis,
Optatam fugiat vita coacta necem.
Luctatusq; diu cruciatos spiritus artus
Deserat, & longa torqueat ante mora.
Eueniat, dedit ipse mihi modò signa futuri
Phœbus, & a læua mœsta volauit auis.

Certe

Certè ego quæ uoueo, superos motura putabo,
Speque tuæ mortis pessimè semper alar.
Finiet illa dies, quæ te mihi subtrahet olim;
Finiet illa dies, quæ te mihi tarda uenit.
Sed prius hanc animam nimium tibi sæpe petitam
Auferet illa dies, quæ mihi sera venit.
Quàm dolor hic vnquam spatio euanescere possit,
Leniat aut odium tempus & hora meum.
Pugnabunt iaculis dum Thraces, Iazyges arcu,
Dum tepidus Ganges, frigidus ister erit:
Robora dum montes, dum pabula mollida campi,
Dum Tyberis liquidas Tuscus habebit aquas.
Bella geram tecum, nec mors mihi finiet iras,
Sæua sed immanis manibus arma dabo.
Tunc quoq; cum fuero uacuas dilapsus in auras,
Ex animus manes oderit vmbra tuos.
Tunc quoq; factorum ueniam memor umbra tuorũ
Insequar & vultus ossea forma tuos.
Siue ego (quod nollē) longis consumptus ab annis,
Siue manufacta morte solutus ero,
Siue per immensas iactabor naufragus undas,
Nostraq; longinquus uiscera piscis edet,
Siue peregrinæ carpent mea membra uolucres
Inque meo tingent sanguine rostra lupi,
Siue aliquis dignatus erit supponere terræ,
Et dare plebeio corpus inane rogo:
Quidquid ero, Stygijs erumpere nitar ab oris,
Et tendam gelidas ultor in ora manus.
Me vigilans cernes, tacitis ego noctis in umbris
Excutiam somnos uisus adesse tuos.

Thraces, populi ferocissimi inter partes Scythiæ iuxta Macedoniam habentes Istrum à Septentrione: Pontum ab Oriente; & mare Aegæum à meridie.

Ister fluuius Scythiæ, qui & Danubius dicitur.

Tyberis per Tusciā fluens Romam diluit.

Deniq;

Denique quicquid ages, ante os, oculosque uolebo,
Et querar, & nulla sede quietus eris.
Verbera sæua dabunt sonitum, nexæq; colubris* alias, torta
Conscia fundabunt semper ad ora faces, furię intortos
His viuus furijs agitabere, mortuus ijsdem: anguib. crines habent.
Et breuior pœnas vita futura tua est.
Nec tibi continget funus, lacrymæque tuorum,
Inde ploratum proijciere caput.
Carnificisque manu populo plaudente traberis
Infixusque tuis ossibus uncus erit.
Ipsę te fugient, quæ carpunt omnia flammæ,
Respuet inuisum iusta cadauer humus.
Vnguibus & rostro tardus trahet ilia vultur,
Et scindent auidi perfida corda canes.
Deq; tuo fiet (licet hac sis laude superbus)
Insatiabilibus corpore rixa lupis.
In loca ab Elysiis diuersa fugabere campis,
Quasque tenet sedes noxia turba coles.
Sisyphus est illic saxum uoluensque petensque
Quique agitur rapidæ uictus ab ore rotæ. Ixion rex Thessaliæ.
Quæque gerunt humeris perituras Belides undas,
Exulis Aegypti turba cruenta nurus. Tantalus.
Pompa pater Pelopis præsentia quærit, & idem
Semper eget liquidis, semper abundat aquis. Tityus magnus Iouis filius renascenti iecore vulturẽ pascit.
Ingeribusq; nouem summus qui distat ab imo,
Visceraq; assidue debita præbet aui,
Sic tibi de furijs scindat latus una flagello, Tisiphone.
Vt sceleris numeros confiteare tui. Alecto.
Altera Tartareis sectos dabit anguibus artus,
Tertia fumantes incoquet igne genas

Megæra. *Noxia mille modis lacerabitur umbra; tuasque*
Aeacus in pœnas ingeniosus erit.
Aeacus pœnarum executor. *In te transcribet ueterum tormenta uirorum,*
Manibus antiquis causa quietis eris.
Sisyphe cui tradas reuolubile pondus, habebis,
ad Sisyphū apostrophat. *Versabunt celeres nunc noua membra rotę.*
Hic erit, & ramos frustra qui captet, & undas;
Hic inconsumpto uiscere pascet aues.
Nec mortis pœnas mors altera finiet huius,
Horaq; erit tantis ultima nulla malis.
Inde ego pauca canam, frondes ut si quis ab Ida,
Hybia mons & regio Siciliæ, florum copia insignis. *Et summā Libyco de mare carpat aquam.*
Nam neq; quot flores Sicula nascuntur in Hybla,
Crocus magna vbertate in Cilicia nascitur. *Quotve ferat dicam terra Cilissa crocos.*
Nec (quū tristis hyems Aquilonis inhorruit alis)
Quàm multa fiat grandine canus Athos.
Nec mala uoce mea poterunt tua cuncta referri,
Ora licet tribuas multiplicata mihi.
Tot tibi væ misero ueniant, talesque ruinæ,
Vt cogi in lacrymas me quoque posse putem.
Illę me lacrymæ facient sine fine beatum,
Dulcior hic risu tunc mihi fletus erit.
Natus es infelix (ita dij uoluere) nec ulla
Commoda nascenti stella, leuisve fuit.
Non Venus affulsit, non illa Iupiter hora,
Lunaque non apto Solue fuere loco.
Nec satis utiliter posito tibi prębuit ignes,
Quem peperit magno lucida Maia Ioue.
Te fera nequidquam placidum spondentia Martis
Sydera presserunt, falciferiq; senis.

Lux

Lux quoque natalis (ne quid nisi triste videres)
Turpis & inductis nubibus atra fuit.
Hæc est in fastis, cui dat grauis Allia nomen,
Quæque dies Ibin publica damna tulit.
Qui simul impurè matris prolapsus ab aluo est,
Cyniphiam fœdo corpore pressit humum.
Sedit in aduerso nocturnus culmine bubo,
Funereoque graues edidit ore sonos.
Protinus Eumenides lauere palustribus vndis,
Quà caua de Stygijs fluxerat vnda vadis,
Pectoraque vnxerunt Erebeæ felle colubræ,
Terque cruentatas increpuere manus.
Gutturaque imbuerunt infantia lacte canino,
Hic primus pueri venit in ora cibus.
Perbibit inde suæ rabiem nutricis alumnus,
Latrat, & in toto verba canina foro.
Membraque vinxerunt tinctis ferrugine pannis,
A male deserto quos rapuere rogo.
Et ne non fultum nuda tellure iaceret,
Molle super silices imposuere caput.
Iamque recessuræ viridi de stipite factas
Admorunt oculis vsque sub ora faces.
Flebat, vt est fumis infans contactus amaris,
De tribus est, quum sic vna locuta soror.
Tempus in immensum lacrymas tibi mouimus istas
Quæ semper causa sufficiente cadent.
Dixerat, & Clotho iussit promißa valere,
Neuit & infausta stamina pulla manu.
Et ne longa suo præsagia diceret ore,
Fata canet vates qui tua, dixit, eris.

Allia ē fluuius non lōge a Roma oriēs, apud quē Rom. exercitus à Gallis Senonibus deletus est: hinc Alliensis dies. Fasti libri quibus anni descriptio cōtinetur. Cynips fluuius in Libya hircis abundans. Chrysippus disputabat mores infantis formari à lacte nutricem doctam esse dandam infanti futuro oratori.

faces virides infelices credebātur propter fumum.

vna parcarum ad Ibin.

Ille ego ſum uates, ex me tua uulnera diſces,
Dent modo Dij uires in mea uerba ſuas:
Carminibusq́; meis accedant pondera rerum,
Quæ rata per luctus experiere tuos.
Neue ſine exemplis æui cruciere prioris,
Sint tua Troianis non leuiora malis:
Quantáq́; clauigeri Pæantius Herculis hęres,
Tanta uenenato uulnera crure geras.
Nec leuius doleas, quàm qui bibit ubera ceruæ,
Armatusq́; tulit uulnus inter me potens
Quiq́; ab equo pręceps alienis decidit aruis,
Exitio facies cui ſua penè fuit.
Id quod Amyntorides uideas trepidusq́; miniſtro
Prætendens baculo luminis orbus iter.
Nec plus aſpicias, quam quem ſua filia rexit,
Expertus ſcelus cuius vterq́; parens.
Qualis erat, poſtquam eſt iudex de lite iocoſa,
Sumptus, Apollinea clarus in arte ſenex.
Qualis & ipſe fuit, quo præcipiente columba
Eſt data Palladiæ præuia, duxq́ue rati.
Quinque oculis caruit, per quos malè viderat aurū
Inferias nato quos dedit orba parens.
Paſtor vt Aetnæus, cui caſus antè futuros
Telemus Eurymedes uaticinatus erat.
Vt duo Phyneidæ, quibus idem lumen ademit.
Qui dedit & Thamiræ, Demodociq́ue caput.
Si quis aquis tua membra ſecet, Saturnus ut illas
Subſecuit partes, vnde creatus erat:
Nec tibi ſit tumidis melior Neptunus in vndis,
Quàm cui ſunt viſę frater & vxor aues.

Solerti-

Philoctetes filius Pæantis.
Telephus à cerua nutritus ab Achille inermi eſt vulneratus.
Bellerophon, filius Glauci, eſt Pegaſo equo in cęlum uellet euolare, decidit qui multos labores prius tolerauerit ob Scenobeam Prętiuxorem ab eo ſpretam.
Phœnix Amyntoris filius.
Oedibus, Laij & Iocaſtes filius Antigone filiam habuit,
Tireſias Iunone obcæcatus.
Phinæus Argonautas monuit vt columbam à Pallade datam ſequerentur.
Telemus vates Polyphemo prędixit aliquando futurum, vt ab Vlyſſe cœcaretur.
Crambes & Orthes à patre Phineo obcæcati.
Thamiris à Muſis obcæcatus.
Demodocus cęcus ab Homero cantor inducitur.

Solertiq; viro, laceræ quem fracta tenentem
Membra ratis Semeles est miserata soror.
Vel tua ne pœne genus hoc cognouerit vnus,
Viscera diuersis scissa ferantur equis.
Vel quæ, qui redimi Romanos turpe putauit,
A duce Puniceo pertulit ipse feras.
Nec tibi subsidio sit presens numen, vt illi
Cui nihil Hircei profuit ara Iouis.
Vtq; dedit saltus è summo Thessalus ossa,
Tu quoque saxoso præcipitere iugo.
Aut velut Euryali qui sceptrum cepit ab illo,
Sint artus auidis anguibus esca tui.
Vel tua maturet, sicut Minoia fata,
Per caput infusæ feruidus humor aquæ.
Vtq; parum mitis, sed non impunè Prometheus,
Aereas volucres sanguine fixus alas.
Aut velut Etrachides magno ter ab Hercule quin
Cæsus in immensum proijciare fretum. (tus
Aut ut Amantiadem turpi dilectus amore
Oderit, & sæuo vulneret ense puer.
Nec tibi fida magis misceri pocula possint,
Quàm qui cornigero de Ioue natus erat.
More vel intereas capti suspensus Achæi,
Qui miser aurifera teste pependit aqua.
Aut vt Achilleiden cognato nomine clarum
Opprimat hostili tegula iacta manu.
Nec tua quàm Pyrrhi, felicius ossa quiescant,
Sparsa per Ambracias quæ iacuere vias.
Nataq; vt Aeacidæ iaculis moriaris adactis,
Non licet hoc Cereri dissimulare sacrum,

Alcyone Ceyx, Dædalion.

Ino Vlyssis naufragiũ miserata velũ fecit, quò tutius enatauit.

M. Attil. Regulus.

Primum dicit, Euryalus aduena Thessalum præcipitauit.

Minos in Thermis Cocali regis Siciliæ extinctus est dum Dædalum insequeretur.

Satillus amantij filius à Celino puero occisus.

Alexander, qui Iouis Hammonis filius haberi voluit, ab sola pincerna veneno interemptus.

Achæus Lydiæ rex auaritia necatus in Pactoli aquis pependit

Pyrrhus rex Epirotarum.

Ambracia vrbs in Epiro.

Periplei, Pyrrhi filia

Magnetes Gelonis & Nereidos filius.

Cantharides vermes terrestres, de quibus vide Plin. in 11. & 27 libro.
Oxilochus Leuci frater.
Cambyses rex Persarũ ad templum Iouis misit exercitũ, qui arena obrutus ẽ
Dareus Persarũ rex ciues in cõgeriem cinerũ obruebat
Neocles à Sicyone vrbe.
Achaiæ ob crudelitatem pulsus.
Gerymas Acarni filius.
Alexander Pheræus.
Milo Pisanus à suis proiectus in Alpheum fluuium.
Adimantus deorum cõtemptor Dionysius Lenęus Pulsus à Mithridate aufugit in Achilleos Dromon, locũ quẽ cursum Achil. vocant. vbi suis derelictus perijt Hector.
Hippomeneia in adulterio deprehensa ab equis obsorpta, & eius adulter laceratus.

Vtq; nepos dicti nostro modò carmine regis,
Cantharidum succos dante parente bibas.
Aut pia te cæso dicatur adultera, sicut
Quæ cecidit Leucon vindice, dicta pia est.
Inque pyram tecum carissima corpora mittas,
Quem finem vitæ Sardanapalus habet.
Vtque Iouis Libyci templum violare parantes,
Acta noto vultus condat arena tuos.
Vtque necatorum Darei fraude secundi,
Sic tua succedens deuoret ossa cinis.
Aut vt oliuifera quondam Sicyone profecto,
Sit frigus mortis causa famesque tuæ.
Aut vt Acarnides insutus pelle iuuenci,
Turpiter ad dominum præda ferare tuum.
Inque tuo thalamo iuguleris more Pheræi,
Qui datus est letò coniugis ense suæ:
Quosque puta fidos ut larißæus alebas,
Vulnere non fidos experiare tuo.
Vtq; Milo, sub quo cruciata est Pisa tyranno,
Viuus in occultas præcipiteris aquas.
Quæq; in Adimantum Philesia regna tenentem
A Ioue venerunt, te quoque tela petant.
Aut vt Amastricis quondam Lenæus ab oris,
Nudus Achillea destituaris humo.
Vtq; vel Euridamas ter circum busta Thrasylli
Est Larißæis raptus ab hoste rotis.
Vel qui, quæ fuerat tutatus mœnia sępe,
Corpore lustrauit non diuturna suo.
Vtq; nouum passa est genus Hippomeneia pœnę
Tractus & Actæa fertur adulter humo:

Sic vbi vita tuos inuisa reliquerit artus,
Vltores rapiant turpe cadauer equi.
Viscera sic aliquis scopulus tua figat, ut olim
Fixa sub Euboico Graia fuere sinu.
Vtq; ferox periјt, & fulmine, & æquore raptor,
Sic te mersuras adiuuet ignis aquas.
Mens quoque sic furijs vecors agitetur, vt illi,
Vnum qui toto corpore vulnus habet.
Vtque Driantiade Rodopeia regna tenenti,
In gemino dispar cui pede vulnus erat.
Vt fuit Oeteo quondam, generoque draconum,
Thysamenique patri * *Collirrhoesque uiro.*
Nec tibi contingat matrona pudicior illa,
Qua potuit Tydeus erubuisse nuru.
Quæque sui Venerem iunxit cum fratre mariti,
Locris in ancillæ dissimulata necem.
Tam quoque Dij faciant possis gaudere fideli.
Coniuge, quam Talai, Tindareique gener.
Quæque parare suis letum patruelibus ausæ,
Belides assidua colla premuntur aqua.
Biblidos & Canaces sicut facit, ardeat igne,
Nec nisi per crimen sit tibi fida soror.
Filia si fuerit, si quod Pelopeia Thyesti,
Myrrha suo patri, Nyctimeneque suo.
Filia ne'ue magis capiti sit fida parentis,
Quam tua vel Pterela, vel tua Nise fuit.
Infamemq; locum sceleris quæ nomine fecit,
Pressit & inductis membra paterna rotis.
Vt iuuenes pereas, quorum fastigia vultus.
Olim Pisсæ sustinuere fores.

Aiax Oileus.

Martyas ab Apolline excoriatus.

Lycurgus Dryātis filius volens putare vites incidit crura.

Hercules Oeteus.

Athamas gener Cadmi.

Orestes Thysamenum filium habuit.

* *aliàs, Calligones.*

Cuius vir Aiax Thelamonius, Aegalia.

Hypermnestra vt se adulteri hostem ostenderet, Locrim occidit.

Pelopeia cū patre Thyeste inscio connubiū vt Myrrha cum Cyttara, & Nyctimene cū Necteo.

Polydice Pterelam patrē prodidit, sicut Scylla Nisum.

Tullia Tarquinium Priscum patrem occidit à quo scelere vicus dictus est sceleratus.

P. OVIDII NASONIS IN QVENDAM, QVEM VOCAT IBIN LIBER.

ARGVMENTVM.

Annum agens Naſo quinquageſimum, ab Auguſto Imperatore in Pontum relegatus eſt. Cuius quidē exilij cauſa non facile deprehendi poteſt, cū & ipſe multis in locis quodā carminis inuolucro diuerſam interpretibus coniecturam afferat. Satis tamen conſtat duas fuiſſe cauſas, quarum alteram ubique fatetur, alteram uero, ne Auguſtum offenſiorem reddat, ſemper ſubticet. Sic enim ait in ſecundum de Triſtibus. Perdiderint cum me duo crimina, crimen & error, Alterius facti cauſa ſilenda mihi. Perſæpe itaque libros de Arte amā di compoſuiſſe dolet: quòd propterea Auguſto odio eſſe cœperit, & aliquid uidiſſe per errorem, ut ob id in Scythiam perpulſus fuerit. Sic enim ſcribit in ij. de Ponto: Ne'ue roges quæ ſit ſtultam quā ſcripſimus artem, Innocuas nobis hæc uetat eſſe manus. Et quid prę terea peccaui quærere noli, ut pateat ſola culpa ſub arte mea. Et Paulo poſt: Naſo parū prudens artem dum ſcribit amādi, Doctrinę precium triſte magiſter habet. Hoc idē ait iij. ad Amorem, & in iiij. ad Carū. Item j. de Triſtib. Cur aliquid uidi? cur noxia lumina feci? Cur īprudēti cognita cā mihi eſt? Inſcius Actæō uidit ſine ueſte Dianā, Preda ſuis canibus nō minus ille fuit. Verū ſi qs hæc curioſius ſcire affectat, eius & de Triſtib. & de

Ponto

Ponto libros legat. Dum autem exularet, inter reliqua sua opera, inuectiuam in quendam edidit, quem proprio nomine suppresso, Ibin appellat. Sicut Callimachus, qui etiam sub hoc nomine Appolonium Rhodium eius discipulum diris imprecationibus deuouit. De Ibide autem ita scribit Pli.li.viij.cap.xxxij. Simile quiddam & uolucris in eadem Aegypto monstrauit, quę uocatur Ibis, rostri aduncitate per eam partem se proluens, qua reddi ciborum onera maxime salubre est. Herodotus uero duplicem esse dicit, alteram nigram, alteram ciconiæ non absimilem, sed tamē diuersam, De hac etiam Cic.li.2.de natura deorū sic ait. Velut Ibes maximam uim serpentum conficiunt, cū sint aues excelsæ, rigidis cruribus, corneo proceroq; rostro auertunt pestem ab Aegypto, cū uolucres angues ex uastitate Lybiæ uento Africo inuectas interficiunt, atque consumunt: ex quo fit ut illæ uiuæ nec morsu noceant, nec odore mortuæ. Hæc ille. Cum itaque tāta sit huius auis spurcitas ut proprio ore uentrē purget, Callimachus aduersarium tanquam fœdissimū, ut hominē nullius decoris & commendationis significet hoc nomine uocitauit: ad cuius imitationem Ouidius inimicū quoque suū Ibin nominauit. Causam autē huiusce maledicentiæ hāc fuisse ipsemet aperit, solicitabat poetæ uxorem, & linguæ uenena Augusti auribus susurrabat, ut diutius illum in exilium remoraretur.

Tempus ad hoc, lustris mihi iā bis qnq; pactū
Omne fuit musæ carmen inerme meæ:
Nullaq; quæ possit scriptis tot millibus extat
Littera Nasonis sanguinolenta legi.
Nec quenquam nostri, nisi me, læsere libelli,
Artificis periȷt cum caput artē sua.
Vnus (& hoc ipsum est iniuria magna) perennem
Candoris titulum non sinit eße mei.

* utrunque. *Quisquis is est,(nā nomen adhuc*vtcunq; tacebo)*
Cogit inaßuetas sumere tela manus.
Metaphora ab hostibus. *Ille relegatum gelidos Aquilonis ad ortus*
Non sinit exilio delituisse meo.
Vulneraq; immitis requiem quærentia vexat,
Iactat & in toto verba canina foro.
Perpetuoque mihi sociatam fœdere lecti
Non patitur miseri funera flere uiri.
tabulas, id est, extremas diuitias: translatio a domorū incendio *Cumq; ego quaßa meæ complectar mēbra carinę,*
Naufragij tabulas pugnat habere mei.
Et qui debuerat subitas extinguere flammas,
Hic prædam medio raptor ab igne petit:
Nititur vt profugæ desint alimenta senectæ:
Heu quantò est nostris dignior ille malis.
Dij melius; quorum longè mihi maximus ille est,
Qui nostras inopes noluit esse vias.
Huic igitur meritas grates vtcunque licebit,
Pro tam mansueto pectore semper agam:
Audiet hæc Pontus, faciet quoque forsitan idem
propior. *Terra sit * vt potior testificanda mihi.*
At tibi, calcasti qui me violente iacentem,
Quàm licet, & misero debitus hostis ero.
Desinet esse prius contrarius ignibus humor,
Iunctaque cum Luna lumina Solis erunt;
Pars eadem; cœli Zaphyrus emittet, & Euros,
Et tepidus gelido flabit ab axe Notus:
Et noua fraterno veniet concordia fumo.
Aetheoclem, & Polynicem Oedipi regis Thebarum filios intelligit. *Quam vetus accensa separat ira pyra.*
Et Ver Autumno, Brumæ miscebitur Aestas,
Atque eadem regio vesper, & ortus erit:

Quam

Quàm mihi sit tecũ positis, quæ sumpsimus, armis
Gratia, commissis improbe rupta tuis:
Quàm dolor hic vnquam spatio euanescere possit,
Leniat aut odium tempus, & hora meum.
Pax erit hæc nobis (donec mihi vita manebit)
Cum pecore infirmo quæ solet esse lupis.
Prima quidem cœpto committam prælia versu,
Non soleant quamuis hoc pede bella geri.
Vtque petit primo plenum flauentis arenæ,
Nondum calfacti velitis hasta solum:
Sic ego ter ferro nondum iaculabor acuto,
Protinus inuisum nec petet hasta caput.
Sit neque nomen in hoc, nec dicam facta libello.
Teq; breui, qui sis, dissimulare sinam.
Postmodo si perges in te mihi liber Iambus.
Tincta Lycambęo sanguine tela dabit.

Archilo chus Lycamben ob filiam Neobolẽ sibi denegatam ad laqueum cõpulit.

Nunc quo Battiades inimicum deuouet Ibin,
Hoc ego deuoueo teque tuosque modo.
Vtq; ille, historijs inuoluam armina cæcis,
Non soleam quamuis hoc genus ipse sequi.

Battiades Callimachus: a Batto genus trahens.

Illius ambages imitatus in Ibida, dicar
Oblitus moris, iudicijque mei.
Et quoniam, quis sis, non dum quærentibus ero,
IBIDIS interea tu quoque nomen habe.
Vtque mei versus aliquantum noctis habebunt,
Sic vitæ feries tota sit atra tuæ.
Hæc tibi natali facito, Ianiq; Kalendis
Non mentituro quilibet ore legat.

deorum inuocatione imprecationes cõfirmat

Dij maris & terræ, quique bis meliora tenetis
Inter diuersos cum Ioue regna polos,

Huc

Huc precor huc vestras omnes aduertite mentes,
Et sinite optatis pondus inesse meis.
Ipsaq; tu tellus & ipsum cum fluctibus æquor,
Ipse meas æther accipe summe preces.
Syderaq; & radijs circundata solis imago,
tres parcæ Herebi & Noctis filiæ. *Lunaq;, quæ nunquam, quo prius orbe micas*
Noxq; tenebrarum specie reuerenda tuarum,
Quæ ratem triplici pollice nectis opus.
Styx. *Quiq; per infernas horrendo murmure valles*
Imperiuratæ laberis amnis aquæ.
furias intelligit Acherontis & Noctis filias. *Quasq; ferunt torto vittatis angue capillis*
Carceris obscuras ante sedere fores.
Vos quoq; plebs superũ Fauni, Statyriq;, Laresq;
Fluminaq;, & Nymphæ, semideumq; genus,
Denique ab antiquo diui veteresq;, nouiq;
Indigetes. *In nostrum cuncti tempus adeste chao*
Carmina dum capti male fido dira canuntur,
Et peragunt partes ira, dolorq; suas,
Annuite optatis omnes ex ordine nostris,
Theseum significat, qui à Neptuno ponit, vt Hippolytum interimeret. *Et pars sit uoti nulla caduca mei.*
Quæque precor fiant, vt non mea dicta, sed ille
Pasiphaes generi verba fuisse putet.
Quasque ego transiero pœnas, patiatur & illas,
Plenius ingenio sit miser ille meo.
Ne ue minus noceant fictum execrantia nomen
Vota, minus magnus commoueant ve Deos.
Illum ego deuoueo, quem mens intelligit, Ibin;
Qui se scit factis hæc meruisse suis.
Nulla mora est in me, peragã rata vota sacerdos,
Quisquis ades, sacris ore fauete meis.

Quis-

Quisquis ades, sacris lugubria dicite verba,
Et fletu malis, pedibus occurrite læuis,
Omnibusq; malis, pedibus occurrite læuis,
Et nigræ vestes corpora vestra tegant.
Tu quoque qui dubitas ferales sumere vittas?
Iam stat (vt ipse vides) funeris ara tui.
Pompa parata tibi est, votis mora tristibus absit,
Da iugulum cultris hostia dira meis.
Terra tibi fruges, amnis tibi deneget vndas,
Deneget afflatus ventus, & aura suos.
Nec tibi Sol clarus, nec sit tibi lucida Phœbe,
Destituant oculos sydera clara tuos.
Nec se vulcanus, nec se tibi præbeat aer, Vulcanus pro igne, cui præest.
Nec tibi det tellus, nec tibi pontus iter.
Exul inops erres, alienaque limina lustres,
Exiguumque petas ore tremente cibum.
Nec corpus querulo, nec mens vacet ægra dolore,
Noxq; die grauior sit tibi, nocte dies.
Sisq; mihi semper, nec sis miserabilis vlli,
Gaudeat aduersis fœmina, virque tuis.
Accedat lacrymis odium, dignusq; puteris,
Qui mala cùm tuleris plurima, plura feras.
Sitque (quod est rarum) solito defecta fauore
Fortunæ facies inuidiosa tuæ.
Causaq; non desit, desit tibi copia mortis,
Optatam fugiat vita coacta necem.
Luctatusq; diu cruciatos spiritus artus
Deserat, & longa torqueat ante mora.
Eueniat, dedit ipse mihi modò signa futuri
Phœbus, & a læua mœsta volauit auis.

Certe

Certè ego quæ uoueo, superos motura putebo,
Speque tuæ mortis pessimè semper alar.
Finiet illa dies, quæ te mihi subtrahet olim;
Finiet illa dies, quæ te mihi tardauenit.
Sed prius hanc animam nimium tibi sæpe petitam
Auferet illa dies, quæ mihi sera venit.
Quàm dolor hic vnquam spatio euanescere possit,
Leniat aut odium tempus & hora meum.
Pugnabunt iaculis dum Thraces, Iaziges arcu,
Dum tepidus Ganges, frigidus ister erit:
Robora dum montes, dum pabula mollida campi,
Dum Tyberis liquidas Tuscus habebit aquas.
Bella geram tecum, nec mors mihi finiet iras,
Sæua sed immanis manibus arma dabo.
Tunc quoq; cum fuero uacuas dilapsus in auras,
Ex animus manes oderit vmbra tuos.
Tunc quoq; factorum ueniam memor umbra tuorũ
Insequar & vultus ossea forma tuos.
Siue ego (quod nollẽ) longis consumptus ab annis,
Siue manufacta morte solutus ero,
Siue per immensas iactabor naufragus undas,
Nostraq; longinquus uiscera piscis edet,
Siue peregrinæ carpent mea membra uolucres
Inque meo tingent sanguine rostra lupi,
Siue aliquis dignatus erit supponere terræ,
Et dare plebeio corpus inane rogo:
Quidquid ero, Stygijs erumpere nitar ab oris,
Et tendam gelidas ultor in ora manus.
Me vigilans cernes, tacitis ego noctis in umbris
Excutiam somnos uisus adesse tuos.

Thraces, populi ferocissimi inter partes Scythiæ iuxta Macedoniam habentes Istrum à Septentrione: Pontum ab Oriente, & mare Aegæum à meridie.

Ister fluuius Scythiæ, qui & Danubius dicitur.

Tyberis per Tusciã fluens Romam diluit.

Deniq;

Denique quicquid ages, ante os, oculosque uolebo,
Et querar, & nulla sede quietus eris.
Verbera * *sęua dabunt sonitum, nexaq; colubris* — alias, torta
Conscia fundabunt semper ad ora faces, — furię intortos
His viuus furijs agitabere, mortuus ijsdem: — anguib. crines habent.
Et breuior pœnas vita futura tua est.
Nec tibi continget funus, lacrymaeque tuorum,
Inde ploratum projiciere caput.
Carnificisque manu populo plaudente traheris
Infixusque tuis ossibus uncus erit.
Ipsę te fugient: quae carpunt omnia flammae,
Respuet inuisum iusta cadauer humus.
Vnguibus & rostro tardus trahet ilia vultur,
Et scindent auidi perfida corda canes.
Deq; tuo fiet (licet hac sis laude superbus)
Insatiabilibus corpore rixa lupis.
In loca ab Elysiis diuersa fugabere campis,
Quasque tenet sedes noxia turba coles.
Sisyphus est illic saxum uoluensque petensque
Quique agitur rapidae uictus ab ore rotae. — Ixion rex Thessaliae.
Quaeque gerunt humeris perituras Belides undas,
Exulis Aegypti turba cruenta nurus. — Tantalus.
Pompa pater Pelopis praesentiá quaerit, & idem
Semper eget liquidis, semper abundat aquis. — Tityus magnus Iouis filius renascenti iecore vulturē pascit.
Ingeribusq; nouem summus qui distat ab imo,
Visceraq; assidue debita praebet aui,
Sic tibi de furijs scindat latus una flagello, — Tisiphone.
Vt sceleris numeros confiteare tui. — Alecto.
Altera Tartareis sectos dabit anguibus artus,
Tertia fumantes incoquet igne genas

Noxia

Megara. Noxia mille modis lacerabitur umbra; tuasque
Aeacus in pœnas ingeniosus erit.
Aeacus pœnarum executor. In te transcribet ueterum tormenta uirorum,
Manibus antiquis causa quietis eris.
Sisyphe cui tradas reuolubile pondus, habebis,
ad Sisyphũ apostrophat. Versabunt celeres nunc noua membra rotę.
Hic erit, & ramos frustra qui captet, & undas;
Hic inconsumpto uiscere pascet aues.
Nec mortis pœnas mors altera finiet huius,
Horaq; erit tantis ultima nulla malis.
Inde ego pauca canam, frondes ut si quis ab Ida,
Hybia mons & regio Siciliæ, florum copia insignis. Et summã Libyco de mare carpat aquam.
Nam neq; quot flores Sicula nascuntur in Hybla,
Crocus magna vbertate in Cilicia nascitur. Quotve ferat dicam terra Cilissa crocos.
Nec (quũ tristis hyems Aquilonis inhorruit alis)
Quàm multà fiat grandine canus Athos.
Nec mala uoce mea poterunt tua cuncta referri,
Ora licet tribuas multiplicata mihi.
Tot tibi væ misero ueniant, talesque ruinæ,
Vt cogi in lacrymas me quoque posse putem.
Illę me lacrymæ facient sine fine beatum,
Dulcior hic risu tunc mihi fletus erit.
Natus es infelix (ita dij uoluere) nec ulla
Commoda nascenti stella, leuisve fuit.
Non Venus affulsit, non illa Iupiter hora,
Lunaque non apto Solue fuere loco.
Nec satis utiliter posito tibi prębuit ignes,
Quem peperit magno lucida Maia Ioue.
Te fera nequidquam placidum spondentia Martis
Sydera presserunt, falciferiq; senis.

Lux

Lux quoque natalis (ne quid nisi triste videres)
Turpis & inductis nubibus atra fuit.
Hæc est in fastis, cui dat grauis Allia nomen,
Quæque dies Ibin publica damna tulit.
Qui simul impurè matris prolapsus ab aluo est,
Cyniphiam fœdo corpore pressit humum.
Sedit in aduerso nocturnus culmine bubo,
Funereoque graues edidit ore sonos.
Protinus Eumenides lauere palustribus vndis,
Quà caua de Stygijs fluxerat vnda vadis,
Pectoraque vnxerunt Erebeæ felle colubræ,
Terque cruentatas increpuere manus.
Gutturaque imbuerunt infantia lacte canino,
Hic primus pueri venit in ora cibus.
Perbibit inde suæ rabiem nutricis alumnus,
Latrat, & in toto verba canina foro.
Membraque vinxerunt tinctis ferrugine pannis,
A male deserto quos rapuere rogo.
Et ne non fultum nuda tellure iaceret,
Molle super silices imposuere caput.
Iamque recessuræ viridi de stipite factas
Admorunt oculis vsque sub ora faces.
Flebat, vt est fumis infans contactus amaris,
De tribus est, quum sic vna locuta soror.
Tempus in immensum lacrymas tibi mouimus istas
Quæ semper causa sufficiente cadent.
Dixerat, & Clotho iussit promissa valere,
Neuit & infausta stamina pulla manu.
Et ne longa suo præsagia diceret ore,
Fata canet vates qui tua, dixit, eris.

Allia ē fluuius non lōge a Roma oriēs, apud quē Rom. exercitus à Gallis Senonibus deletus est: hinc Alliensis dies.
Fasti libri quibus anni descriptio cōtinetur.
Cynips fluuius in Libya hircis abundans.
Chrysippus disputabat mores infantis formari à lacte nutricem doctam esse dandam infanti futuro oratori.

faces virides infelices crēdebā túr propter fumum.

vna parcarum ad Ibin.

Ille ego sum uates, ex me tua uulnera disces,
Dent modo Dij uires in mea uerba suas:
Carminibusq; meis accedant pondera rerum,
Quæ rata per luctus experiere tuos.
Neue sine exemplis æui cruciere prioris,
Sint tua Troianis non leuiora malis:
Quantaq; clauigari Pæantius Herculis hęres,
Tanta uenenato uulnera crure geras.
Nec leuius doleas, quàm qui bibit ubera ceruæ,
Armatusq; tulit uulnus inter me potens
Quiq; ab equo pręceps alienis decidit aruis,
Exitio facies cui sua penè fuit.
Id quod Amyntorides uideas trepidusq; ministro
Prætendens baculo luminis orbus iter.
Nec plus aspicias, quam quem sua filia rexit,
Expertus scelus cuius vterq; parens.
Qualis erat, postquam est iudex de lite iocosa
Sumptus, Apollinea clarus in arte senex.
Qualis & ipse fuit, quo præcipiente columba
Est data Palladiæ præuia, duxque rati.
Quinque oculis caruit, per quos malè viderat aurũ
Inferias nato quos dedit orba parens.
Pastor vt Aetnæus, cui casus antè futuros
Telemus Eurymedes uaticinatus erat.
Vt duo Phyneidæ, quibus idem lumen ademit.
Qui dedit & Thamiræ, Demodocique caput.
Si quis aquis tua membra secet, Saturnus ut illas
Subsecuit partes, vnde creatus erat:
Nec tibi sit tumidis melior Neptunus in vndis,
Quàm cui sunt visę frater & vxor aues.

Philoctetes filius Pæantis.
Telephus à ceruа nutritus ab Achille inermi est vulneratus.
Bellerophon, filius Glauci, est Pegaso equo in cęlum uellet euolare, decidit qui multos labores prius tolerauerit ob Scenobeam Pręti uxorem ab eo spretam.
Phœnix Amyntoris filius.
Oedibus, Laij & Iocastes filius Antigone filiam habuit,
Tiresias Iunone obcæcatus.
Phinæus Argonautas monuit vt columbam à Pallade datam sequerentur.
Telemus vates Polyphemo prędixit aliquando futurum, vt ab Vlysse cœcaretur.
Crambes & Orthes à patre Phineo obcæcati.
Thamiris à Musis obcæcatus.
Demodocus cęcus ab Homero cantor inducitur.

Solerti-

Solertiq; viro, laceræ quem fracta tenentem
Membra ratis Semeles est miserata soror.
Vel tua ne pœne genus hoc cognouerit vnus,
Viscera diuersis scissa ferantur equis.
Vel quæ, qui redimi Romanos turpe putauit,
A duce Puniceo pertulit ipse feras.
Nec tibi subsidio sit præsens numen, vt illi
Cui nihil Hircei profuit ara Iouis.
Vtq; dedit saltus è summo Thessalus ossa,
Tu quoque saxoso præcipitere iugo.
Aut velut Euryali qui sceptrum cepit ab illo,
Sint artus auidis anguibus esca tui.
Vel tua maturet, sicut Minoia fata,
Per caput infusæ feruidus humor aquæ.
Vtq; parum mitis, sed non impunè Prometheus,
Aereas volucres sanguine fixus alas.
Aut velut Etrachides magno ter ab Hercule quin
Cæsus in immensum proiiciare fretum. (tus
Aut ut Amantiadem turpi dilectus amore
Oderit, & sæuo vulneret ense puer.
Nec tibi fida magis misceri pocula possint,
Quàm qui cornigero de Ioue natus erat.
More vel intereas capti suspensus Achæi,
Qui miser aurifera teste pependit aqua.
Aut vt Achilleiden cognato nomine clarum.
Opprimat hostili tegula iacta manu.
Nec tua quàm Pyrrhi, felicius ossa quiescant,
Sparsa per Ambracias quæ iacuere vias.
Nataq; vt Aeacidæ iaculis moriaris adactis,
Non licet hoc Cereri dissimulare sacrum,

Alcyone Ceyx, Dædalion.

Ino Vlyssis naufragiū miserata velū fecit, quo tutius enatauit

M. Attil. Regulus.

Primum dicit, Euryalus aduena Thessalum præcipitauit.

Minos in Thermis Cocali regis Siciliæ extinctus est dum Dædalum insequeretur.

Satillus amantij filius à Celino puero occisus.

Alexander, qui Iouis Hammonis filius haberi voluit, ab sola pincerna veneno interemptus.

Achæus Lydiæ rex auaritia necatus in Pactoli aquis pependit

Pyrrhus rex Epirotarum.

Ambracia vrbs in Epiro.

Periplei, Pyrrhi filia

Magnetes Gelonis & Nereidos filius.

Sic vbi vita tuos inuisa reliquerit artus,
Vltores rapiant turpe cadauer equi.
Viscera sic aliquis scopulus tua figat, ut olim
Fixa sub Euboico Graia fuere sinu.
Vtq; ferox perijt, & fulmine, & æquore raptor,
Sic te mersuras adiuuet ignis aquas.
Mens quoque sic furijs vecors agitetur, vt illi,
Vnum qui toto corpore vulnus habet.
Vtque Driantiade Rodopeia regna tenenti,
In gemino dispar cui pede vulnus erat.
Vt fuit Oeteo quondam, generoque draconum,
*Thysamenique patri*Collirrhoesque uiro.*
Nec tibi contingat matrona pudicior illa,
Qua potuit Tydeus erubuisse nuru.
Quæque sui Venerem iunxit cum fratre mariti,
Locris in ancillæ dissimulata necem.
Tam quoque Dij faciant possis gaudere fideli.
Coniuge, quam Talai, Tindareique gener.
Quæque parare suis letum patruelibus ausæ,
Belides assidua colla premuntur aqua.
Biblidos & Canaces sicut facit, ardeat igne,
Nec nisi per crimen sit tibi fida soror.
Filia si fuerit, si quod Pelopeia Thyesti,
Myrrha suo patri, Nyctimeneque suo.
Filia ne ue magis capiti sit fida parentis,
Quam tua vel Pterela, vel tua Nise fuit.
Infamemq; locum sceleris quæ nomine fecit,
Pressit & inductis membra paterna rotis.
Vt iuuenes pereas, quorum fastigia vultus,
Olim Pisca sustinuere fores.

Aiax Oileus.
Martyas ab Apolline excoriatus.
Lycurgus Dryãtis filius volens putare vites incidit crura.
Hercules Oeteus.
Athamas gener Cadmi.
Orestes Thysamenum filium habuit.
**aliàs, Calligones.*
Cuius vir Aiax Thelamonius, Aegalia.
Hypermnestra vt se adulteri hostem ostenderet, Locrin occidit.
Pelopeia cũ patre Thyeste inscio connubiũ vt Myrrha cum Cyttara, & Nyctimene cũ Necteo.
Polydice Pterelam patrẽ prodidit, sicut Scylla Nisum.
Tullia Tarquinium Priscum patrem occidit à quo scelere vicus dictus est sceleratus.

Vt qui perfusam miserorum cæde procorum,
Ipse suo melius sanguine tinxit humum.
Proditor ut sæui periyt auriga tyranni,
Qui noua Mirtoæ nomina fecit aquæ.
Vt qui velocem frustra petiere puellam.
Dum facta est pomis tardior illa tribus.
Vt qui tecta noui formam celantia monstri
Intrarunt cæcę non redeunda domus.
Vt quorum Aeacides misit violentus in altos
Corpora dum senis altera sena rogos.
Vt quos obscuris uincto ambagibus oris
Legimus infandæ Sphinga dedisse neci.
Vt qui Bistoniæ templo cecidere Mineruæ,
Propter quod facies nũc quoque uersa Deæ est.
Vt qui Threicij quondam præsepia regis
Fecerunt dapibus sanguinolenta suis:
Therodamanteos vt qui sensere leones,
Quiq; Thoanteæ Taurica sacra Deæ,
Vt quos Scylla vorax, Scyllæq; aduersa Charybdis
Dulichiæ pauidos eripuere rati.
Vt quos demisit vastam Polyphemus in aluum;
Vt Læstrigonias qui subiere manus.
Vt quos dux Pœnus mersit putealibus vndis,
Et iacto canas puluere fecit aquas.
Et velut Icarides famulæ periere, prociq; ue,
Inque caput domini qui dabat arma procis:
Vt iacet Aonio luctator ab hospite fusus,
Qui (mirum) victor, cum cecidisse, erat;
Vt quos Antæi fortes pressere lacerti,
Quosque feræ morti Lemnia turba dedit.

Hippodamia procos occidit.
Oenomaus. Myrtilus. Atlanta.
Labyrinthum dicit.
Achilles in rogũ Patrocli 12. Troianos iniecit.
Phingis monstri enigma.
Leniacĩ Spartæ deprehẽsi ex lege occidebantur.
Troedamas sanguine humano leones alebat.
Antiphates Lestryonum
ex Carthaginense duce Amilcare
Acharanorũ senatum per induciás fidentẽ puteis immerserunt, atq; saxis obruerũt, vt ait Appianus.
Thrasilus Busitiden docuit nece humana pluuias impetrari posse à Ioue, sed prius occisus ẽ.

Vt

Vt qui post longum sacri monstrator iniqui
Elicuit pluuias uictima cæsus aquas.
Frater ut Anthei quo sanguine debuit aras

Pygmalion.

Tinxit, & exemplis occidit ille suis.
Vt qui terribiles pro gramen habentibus herbis

Diomedes.

Impius humano viscere pauit equos,
Vt duo diuersis sub eodem uindice cæsi
Temporibus, Nessus, Dissimaniq; gener,

Eurius Dissimani gener.

Vt pronepos Neptune tuus, quem reddere vitam

Hippolytus.

Ipse Coronides vidit ab vrbe sua.

Asculapius.

Vt Scynis, & Sciro, & cum Polyphemone natus,

Procrustes.
Sciron in Isthmo habitans.

Quiq; homo parte sui, parte iuuencus erat.
Quiq; trabes pressas ab humo mittebat in auras,
Aequoris aspectes huius, & huius aquas.
Quęq; Ceres vidit læto pereuntia vultu
Corpora Thesea Cercionea manu.
Hęc tibi quæ precibus iustis mea deuouet ira,
Eueniet, aut his non leuiora malis.
Qualis Achæmenides Sicula desertus in ora,

Achemænides ab Vlysse derelictus opē Aeneę in Siciliam venientes implorauit.

Troica quum vidit vela venire, fuit.
Et qualis necnon fortuna binominis Iri,

Itus olim Aeneus ē vocatus, mendici ad portas permanebāt Plutonē intelligit quem qui adibat, diues efficiebatur.

Quiq; tenent pontem, qui tibi maior erit.
Filius vt Cereris frustra tibi semper ametur,
Destituatq; tuas sæpe petitus opes,
Vtq; per alternos unda labente recursus,
Subtrahitur presso mollis arena pede:
Sic tua nescio qua semper fortuna liquescat,
Lapsaq; per medias affluat vsque manus.
Vtq; pater solitę varias mutare figuras,

Etichthon fame cōpulsus filiam Driopeidā sub varijs figuris vendidit.

Plenus inextincta conficiare fame,

Nec dapis humanæ tibi erunt fastidia, quaq;

Tydeus Menalippi caput corrosit.

Parte potes Tydeus temporis huius eris.
Atque aliquid facies à vespere Solis inortus,
Cur externati rursus agantur equi.
Fœda Lycaoniæ repetes conuiuia mensæ,
Tentabisq; iterum fallere fraude Iouem.

* aliàs, teneat.

*Teq; aliquis posito * tentet vim numinis opto,*
*Tantalidos tu sis, * tu Tereiq; puer.*

* aliàs, Tereos atque.

Et tua sic latos spargantur membra per agros,
Tanquam quæ patrias detinuere vias.

Pelopē & Ityn dicit.
Absyrtus Medeæ frater.
Perillus Atheniensis.
Phalaris Agrigentinus.
Pelias.

Aere Perillæo veros imitere iuuencos,
Ad formam tauri conueniente sono.
Vtq; ferox Phalaris, lingua prius ense resecta,
More bouis Paphio clausus in ære gemas.
Dumq; redire voles æui melioris in annos,
Vt vetus Admeti decipiare socer:

Curtius Romanus.

Atque eques in medij mergare voragine cœni,
Dummodo sint facti nomina nulla tui.

Cadimus Sidonius.

Atque vtinam pereas, veluti de dentibus orti
Sidonia iactis Graia per arua manu.
Et quæ Battiades fecit, fraterq; Medusæ,
Eueniant capiti uota sinistra tuo,

Callimachus, Cyrneus direin Apolloniū imprecatus est.

Et quibus exiguo est volucris deuoluta libello,
Corpora proiecta quæ sua purgat aqua.
Vulnera totq; feras, quot dicitur ille tulisse,
Cuius ab inferijs, cultor abesse solet.

Cybeles concubitum fugiens genitalia sibi imputauit.

Attonitusq; seces, vt quos Cybeleia mater
Incitat ad Phrygios vilia membra modos.
Deq; viro fias, nec fœmina, nec vir, vt Atys,
Et quatias molli tympana rauca manu.

Inq;

Inq; pecus magnæ subito vertare parentis,
 Victor'ue est sceleri, victaq; versa pede.
Solaq; Limone pœnam ne senserit illam,
 Et tua dente fero viscera carpat equus.
Aut ut Cassandræ dominus, non mitior illo,
 Saucius ingesta contumuleris humo.
Aut vt Abantiades, aut Lyrnesius heros,
 Cæsus in equoreas præcipiteris aquas.
Victima vel Phœbo sacras macteris ad aras,
 Quam tulit a sæuo Theudotus hoste necem.
Aut te deuoueat certis Abdera diebus,
 Saxaque deuotum grandine plura petant.
Aut Iouis infesti telo feriare trisulco,
 Et satus * Hippomene, Dosithoeusq; pater.
Vt soror Antonoes, vt cui matertera Maia est,
 Et temere optatos qui malè rexit equos.
Vt ferus Aeolides, vt sanguine natus eodem,
 Quo genita est liquidis q́ caret Arctos aquis.
Vt Macedō icta est rapidis cum coniuge flammis,
 Sic precor ætherei vindicis igne cadas.
Prædaq; sis illis, quibus est Latonia Delos,
 Ante diem rapto non adeunda Thraso.
Quique verecundæ speculantem membra Dianæ,
 Quique Crotopiaden diripuere Linum.
Ne'ue uenando leuius feriaris ab angue,
 Quàm senis Oeagri Calliopesque nurus.
Quā puer Hipsipyles, quam qui caua primus acuta
 Cuspide suspecti robora fixit equi.
Ne'ue gradus, * adeas Elpenore cautius altos,
 Vimque feras uini quo tulit ille modo.

Atalāta & Hippomene in leones versi sunt. quorū filia Limone in adulterio deprehensa à patre equis laceranda tradī tur. Cassandrus Macedonius in suos nimis sæuiens viuus defoditur. Perseus nepos Abantis. Telephus Lyrnesio præfuit. ab Aeacide occisus. Abdera, vrbs Thraciæ, vbi post diras imprecationes solebant hoīes lapidibus obruere. Salmoneū Aeoli filium Iupiter fulminauit, vt Hismenum Lycaonis natū. Religiosū erat in Delo canes alere, à q̄b. puer Thrasus discerptus, Linus Crotopi nepos. Eurydice vxor Orpheifiliam Oeagri & Calliopes, serpentis morsu inferijt. Elipeno Vlyssis socius apud Circen madidus scalarum casu occubuit.

Tamq; cadas domitus quã quisquis ad arma uocan
Iuuit inhumanum Thiodamanta Dryops. (tem
Quàm ferus ipse suo perijt mactatus in antro
Proditus inclusæ Cacus ab ore bouis.
Quàm qui dona tulit Neßęo tincta ueneno,
Euboicasq; suo sanguine tinxit aquas.
Vel de præcipiti venias ad tartara saxo,
Vt qui Socraticum de nece legit opus.
Vt qui Theseæ fallacia uela carinæ
Vidit vt iliaca missus ab arce puer.
Vt teneri nutrix eadem matertera Bacchi,
Vt cui causa necis serra reperta fuit.
Lydia se scopulis vt virgo misit ab altis;
Dixerat inuito quę mala verba Deo.
Fœta tibi occurrat patrio popularis in aruo,
Sitq; Paphageæ causa leæna necis.
Quiq; Lycurgiden lacerauit ab arbore natum,
Idmonaq; audacem, te quoque rumpat aper.
Isq; vel exanimis faciat tibi vulnus, vt illi,
Ora super sæui quem cecidere suis.
Atque idem simili pinus quem morte peremit,
Phrygia venator, sisq; Berentiades.
Si tua contigerit Minoas puppis ad undas,
Te Corcyræum Cressia turba petat.
Lapsuramq; domum subeas, vt sanguis Alebæ,
Stella Lycoridæ cui fuit æqua viro.
Vtq; vel Euenus tollenti flumine mersus
Nomina des rapide uel Tyberinus aquæ.
Hirtacideq; modo defixa cadauera trunco
Digna feras, hominis sit caput esca tuum.

Theombrotus lecto Platonis opere de immortalitate animæ se in mare præcipitauit.

Dædalus Perdicem nepotem, eo quod serrã inuenisset inuidiosè præcipitauit.

Mars Ilicẽ Lydij filiam amauit.

Paphagius Ambraciæ rex.

Cretensis in vltionem Minois Corcyræos siue Sicilienses occidebant.

Alciden Alebæ filiam cũ viro Lycoride eadẽ domus oppressit.

Euryalus filius Hyrtaci.

Quod-

Quodq; ferunt Brotheum fecisse, cupidine mortis,
Des tua succensæ membra cremanda pyræ.
Inclususque necem cauea patiaris, vt ille
Non profecturæ conditor historiæ.
Vtque repertori nocuit pugnacis Iambi,
Sic sit in exitium lingua proterua tuum.
Vt ue parum stabili qui carmine læsit Athenas,
Inuisus pereas deficiente cibo.
Vtque lyræ vates fertur perijsse seueræ,
Causa sit excidij dextra læsa tui.
Vtq; Agamemnonio vulnus dedit anguis Oresti,
Tu quoque de morsu virus habente cadas.
Sit tibi coniugij nox prima nouissima uitæ,
Eupolis hoc perijt, & noua nupta modo,
Vtq; cothurnatum perijsse Lycophrona narrant,
Hæreat in fibris fixa sagitta tuis:
Aut lacer in sylua manibus spargere tuorum,
Sparsus vt est Thebis angue creatus auo.
Perq; feros montes tauro rapiente traharis,
Vt tracta est coniux imperiosa Lyci.
Quodq; suo passa est pellex inuisa sorori,
Excidat ante pedes lingua resecta tuos.
Cognitor vt tarde læsus cognomine Myrrhę,
Orbis in innumeris inueniare locis.
Inq; tui opifex, vati quod fecit Achæo,
Noxia luminibus spicula condat apis.
Fixus & in duris carparis viscera saxis,
Vt cui Pyrrha sui filia fratis erat.
Et puer Harpagidę referat exempla Thyestę,
Inq; tui cæsus viscera patris eas.

Protheus qui & Erichthonius. Mineruę, & Vulcani filius.
Cherilus gestorum Alexandri malus scriptor.
Archilochus.
Aristophanes.
Alter Aristophanes.
Lycophrō poeta Græcus.
Pentheus ab Agane matre discerptus.
Cyrcē Lyci vxore agresti tauro ligatam filij Antiopes laniauerunt.
Philomela.
Myrrha patrem fugiens in arborem versa est.
Achæus.
Astiages Medorum rex Harpagi filium pro epulis patri apposuit, qd̄ prius Thyeste contigerat.

Trunca

Theocritus. Marsyas.

Truncageras sæuo mutilatis partibus ense,
Qualia Nycerni membra fuisse ferunt.
Vt ue Syracosio prædicta fauce poetæ,
Sic animæ laqueo sit via clausa tuæ,
Nuda'ue direpta pateant tua viscera pelle,
Vt Phrygij, cuius nomina flumen habet.
Saxificæ videas infelix ora Medusæ,
Cephenum multos quæ dedit vna neci.
Potniadum morsus subeas (vt Glaucus) equorũ,
Inq; moris solias (Glaucus vt alter) aquas.
Vtque duobus idem dictis mihi nomen habenti,
Præfocent animæ Gnossia mella viam:
Sollicitoque bibas, veluti doctissimus olim
Imperturbato quod bibit ore reus.
Nec tibi, si quid amas, felicius Hæmone cedat,
Vtque sua Machareus, sic potiore tua.
Vt videas, quod iam, cum flammæ cuncta teneret,
Hectoreus patria vidit ab vrbe puer.
Sanguine probra tuas, vt auo genitore creatus,
Per facimus soror est cui sua facta parens,
Ossibus inque tuis teli genus hæreat illud,
Traditur Icarij quo cecidisse gener.
Vtque loquar in equo est elisus guttura acerno,
Sic tibi claudatur pollice vocis iter,
Aut vt Anaxarchus pila minaris in alta
Iactaque pro solitis frugibus ossa sonent.
Salmacis, vtque patrem condat te Phœbus in ima
Tartara, quod natæ fecerat ipse suæ.
Inque tuos ea pestis eat, quam dextra Chorœbi
Vicit, opem miseris Argolicisque tulit.

Perseus ostenso Medusæ capite Cephenũ populos in saxa vertit.

Primus Glaucus ex Pontica ciuitate. secundus deus marinus. Tertius Cretensis venenato melle extinctus.

Socrates.

Hæmo cum filiam Rhodopẽ turpiter amaret vterque in montem sui nominis obduruit

Myrrha ex patris Cynaræ cõcubitu Adonẽ peperit.

Vlyssem dicit à Telegono filio interemptum.

Anaxarchus à suis colonis occisus.

Apollo Orcamũ Salmacis patre occidit, eo qđ Leucothoen filiam abeo amatam defodisset.

Vtq; nepos Aethrae Veneris moribundus ob iram
Exul ab attonitis excutiaris equis.
Propter opes nimias vt perdidit hospes alumnum,
Perdat ob exiguas te tuus hospes opes.
Vtq; ferunt fratres sex cum Damasichthone cesos,
Intereat totum sic genus omne tuum.
Addidit vt fidicen miseris sua funera natis,
Sic tibi sint vitae tedia iusta tuae:
Vtque soror Pelopis saxo dureris oborto;
Et lesus lingua Battus ab ipsa sua.
Aëra si misso vacuum iaculabere disco,
Quò puer Oebalides ictus ab orbe cadas.
Si qua per alternos pulsabitur unda lacertos,
Omnis Abydena sit tibi peior aqua.
Comicus vt liquidis periit dum nabat in undis,
Et tua sic Stygius strangulet ora liquor.
Aut vbi ventosum superabis naufragus aequor,
Contacta pereas vt Palinurus humo.
Vtque cothurnatum vatem tutela Dianae,
Dilaniet uigilum te quoque turba canum.
Aut ut Trinacrii salias super ora Gigantis,
Plurima quà flammas Sicanis Aetna uomit.
Diripiantque tuos insanis unguibus artus
Strymoniae matres, Orpheon esse ratae.
Natus ut Altheę flammis absentibus arsit,
Sic tuus ardescat stipitis igne rogus.
Vt noua Phasiaca compressa est nupta corona,
Vtque pater nuptae, cumque parente domus.
Vt cruor Herculeos abiit diffusus in artus,
Corpora pestiferum sic tua uirtus edat.

Polydorū dicit.

Damasichthon Amphionis musici & Niobes ilius ab Apolline cum septem fratribus, & sororibus interfectus.

Battus furtum Mercurij prodidit.

Hyacinthus, Oebali filius à Phębo dilectus & per imprudētiam ab eodem ī ludo occisus.

Palinurus Aeneæ nauis magister cum triduo enatasset, à Veliēsibus in litore occisus ē.

Euripides, Empedocles Agrigētinus cupiēs immortalitate potiri, in Aetnā se pręcipitauit.

Orpheum Thraces mulieres laniarunt.

Meleager.

Creusa.

Qua

Butes Lycurgi filius, & Penthei nepos Bacchi sacerdoti in patris vindictã occidit.

Qua sua Pentheïden proles est vlta Lycurgum
Hęc maneat teli te quoque plaga noui.
Vtque Milo robur deducere fissile tentes,
Nec possis captas inde referre manus.

Icarus cum Atticæ colonos vini vsũ edocuisset illi inusitato liquore ebrij venenose potos existimantes cũ necarunt, quare Erigone eius filia laqueo vitam finiuit.

Muneribusque tuis lædaris vt Icarus, in quem
Intulit armatas ebria turba manus:
Quodque dolore necis patrię pia filia fecit,
Vincula per laquei fac quoque guttur eat.
Obstrictusque famem patiaris limine tecti,
Vt legem pœnę cui dedit ipsa parens.
Illius exemplo violes simulacra Mineruæ,
Aulidis a portu qui leue vertit iter.
Naupliadæque modo ficto pro crimine pęnas

Palamedes Nauplij filius.

Morte luas, nec te non meruisse iuuet.
Ethalon vt uita spoliauit Isidius hospes,

Ethalus ab Isidis sacerdote hospite ẽ necatus: quare vetitum est, ne quis ex ea familia sacerdotiũ iniret.

Quem memorã sacris nunc quoque pellit Io.
Vtque Melantheum tenebris a cæde latentem
Prodidit officio luminis ipsa parens:
Sic tua coniectis fodiantur corpora telis,
Sic precor auxilijs impediare tuis.

Melantheus homicidij reus matre rei inscia q̃rentibus est manifestatus.

Qualis equis pactis, quos fortis agebat Achilles,
Acta Phrygi timido est, nox tibi talis eat.
Nec tu quam Rhœsus somno meliore fruaris.

Dolon.

Quam comites Rhęsi, tu necis ante diem.

Nisus Hyrtaci filius, & Euryalus in Rutulorum castra Rhãnetem, & multos alios occiderunt.

Quàm quos cum Rutulo morti Rhamnete dederũt
Impiger Hyrtacides, Hyrtacidæque comes.
Cliniadęque modo circundatus ignibus atris,
Membra feras Stygiæ semicremata neci.
Vtque Remo muros auso transire recentes,
Noxia sint capiti rustica tela tuo.

Deniquc

Denique Sarmaticas inter Geticasque sagittas
His precor vt viuas, & moriare locis.
Hæc tibi tantisper subito sunt missa libello,
Immemores ne nos esse querare tui.
Pauca equidem (fateor) sed Dij dent plura rogatis,
Multiplicentque suo vota fauore mea.
Postmodo plura leges, & nomen habentia verũ, Iambicus pede significat.
Et pede, quo debent acria bella geri.

FINIS.